

Mar. Luther.

Wittenbergae, 1523.

J &
3785



96 Rom

Faint, illegible handwriting or bleed-through from the reverse side of the page.




Handwritten text in a cursive script, likely a title or heading, possibly starting with "Herrn..."

Faint handwritten text, possibly a line of a list or a small note.

Faint handwritten text, possibly a line of a list or a small note.

Faint handwritten text, possibly a line of a list or a small note.





Henricus Rubelwirs Butcher
A x 6 x 5 x 2

ADVERSUS FALSO
NOMINATVM ORDI-
NEM EPISCOPO-
RVM.

A x 6 x 5 x 2

D. MARTINVS LVTHER.

A x 6 x 5 x 2

VVITTEMBERGAE.
ANNO M. D.
XX III.

A x 6 x 5 x 2



MARTINVS LVTHERVVS
DEI GRATIA ECCLESIASTES
VVITTENBERGEN. EPISCO-
PIS PAPISTICIS, GRATI-
AM ET PACEM, ET RE-
SIPISCERE, IN
CHRISTO.

SI vobis domini mei, ob titulum tam superbum, & magnificum, quo me Ecclesiasten dei gratia, nūc pacem appellito, stultus & ineptus videar, sciatis, me hoc nihil prorsus mirari, Neque enim hoc vobis nouum est, damnare Euangeliū, damnare verbi dei ministros, Persequimini enim me & insectamini & damnatis quotidie fortiter, ob causas (si superis placet) longe maiores & grauiores, quā hęc sit de solo titulo, & facitis per oīa in obsequium vestri idoli, pro animi vestri libidine, Et sola auctoritate, sola tyrānide perumpere tentatis, id quod ex incredibili & horrenda ira dei solum vobis reliquum est, quod nunc facere aut omnino conari possitis. Rationem enim meæ doctrinæ redditurū & scripturis ostensurum audire renuitis. Rationē vestræ doctrinæ exigenti, & toties postulanti, toties vos acerrime vrgenti, reddere superbissime recusatis.

Porro haud secus atque occęcati Iudei, hoc solū agitis, vt nō auditū, causa non excussa, non conuictū, obstinata ceruice feramini, & tyrannice damnetis. Et sane portenti simile est, vsque adeo nihil vobis esse frontis neque cordis, nō pudere vos tandem, ab homine vno toties vos oēs in ius esse euocatos, totiesque contra vos ad Euāgeliū, ad scripturas, quarū vos vnicos mystas, defensores, Magistros, & Principes esse oportuit, esse publice in cōspectu orbis appellatum.

Ceterū si, quod forsan vos cogitatis, cristas erigere & cornua attollere est vincere, si (quod minime decebat) nō Biblię aperitis testimonijs, non scripturis, non iure, sed vi ac viribus vobis Episcopis certare libet. Cogor & ego sumere cornua, & pro meo domino, vero (inquā) dño, cuius cœlū est terra, mare & oīa quę in eis sunt, hanc vitā, si res poscat, despondere & hanc ceruicē porrigere, Et vt eius rei tandē aliquod sit initiū, En (vt non ignores

L 2, 359



tis) appello me Ecclesiasten dei gratia, & titulo insigniui ego me
ipsum, quē vos tot cōuiciorū plaustris hæreticū appellatis, eumq;
titulū nunc mihi sumo (vt ne ignoretis) magnifico vestri ac Satanae
contemptu. Et si Euangelistam etiā me dei gratia nominarē, citius
essem ostensur⁹, me hoc iurefacere, q̄ vestrum aliquis titulo aut
nomini Episcopi satisfecerit. Certus em̄ sum, Christū ipsum me
sic nominare & pro Ecclesiae habere, qui meae doctrinae Ma-
gister est, eumq; testem nō dubito futurū in die illo magno iudis-
cij, Hanc doctrinā non esse meā, sed dei, sed spūs dñi, puriq; &
sincerū Euangelij. Nihil ergo vobis vestri furores & impetus pro
futuri sunt, sed quo magis sc̄uieris, quoq; magis vestris insaniis
indulgebitis, eo audatius, fortius & cōstantius (deo freti) cōtra vos
instabimus, eo superbius vestram indignationem illam tam
formidabilem contemnemus. Et vt maxime me occidatis, vt
estis viri sanguinum, tamen neq; me, neq; meum nomen,
neq; doctrinam, nisi Christus non viuat, delebitis. Nam sc̄o,
& vobis moriendū esse tandē, & erit aliquis etiā vestrę mac-
tationis & tyrānidis finis.

Quandoquidē autē ego per Papalē & Cæsareā indignatio-
nē, titulis meis exur⁹ sum, & character ille Bestię, de qua in Apo-
calypsi mihi tot bullis erasus & deler⁹ sit, sic vt neque Doctor
Theologiae, neq; quicq; eiusmodi creaturę humanę & Papisticę
vocer amplius. Non valde h̄s tātis honorū damnis sum territus.
Talis em̄ fuci taliū personarū humanarū me oīm maxime semper
puduit corā deo. Nam & ego olim in errore fui, quē a vestra sec-
ta in Gymnastiis, nō sine summo dispēdio & rei & valetudinis &
temporis didicerā. Mendax vero, Hypocrita, iusticiarius operū,
ignarus Christi, seductor, seruus humanę doctrinae, & blasphemus
fui, cuiusmodi vos nunc estis, Cum autē deus pater misericor-
diarum & deus totius consolationis hæc mea scelera, hanc meam
blasphemiam non respiciens, iuxta inexhaustā misericordię abyssum
illucesceret in corde meo, & reuelaret cognitionem filij sui in
me, sic, vt tandē illū Euangelisarē alijs, sicq; erudiret in vñs suis
mirandis, & rationi inscrutabilibus, vt nunc sim certus, me docere
verbū dei, vniq; sine titulo me non esse oportuit, quo verbum
hoc & op⁹ ministerij huius, ad quod vocatus sum a deo, quod
non accepi ab hominibus, neq; per hominē, sed per donū dei &
reuelationē Ihesu Christi, digne cōmendem.

Neq; enim quicq; moror, si vos cęci & blasphemī, extramis-
furoribus ac intemperijs hoc damnetis ac insectemini. Nihil
em̄ diffido futurū, vt mea cōmendatio diutius q̄ vestra blasphemie

A ij

mia daret, quæadmodum causa meæ iustitiæ vestram iniquitatē tandē haud dubie, dei solius præsidio fidentis, superabit. Nam vt maxime coram mundo ad momētum tyrannide superiores videamini, nihil refert, Viuit & regnat in cœlis, qui verbi sui hostes iudicabit.

Proinde (vt ne ignoretis) En hoc scripto vobis nunc palam significo, & iam ante prænūcio me de cetero (quādoquidē palam veritati resistitis) nō tantū honoris habiturū vobis, vt me aut meā doctrinā vestro aut vllius Angeli de cœlo iudicio subiicere digner, Satis em̄ nunc datum est stultę huc humilitati, & proxime VVormatiæ tertiū, deiici me omnibus, quāq̄ fructu nullo. Sed nunc ministeriū meū implebo, & meæ doctrinæ rationē reddam cui libet poscenti, adeo q̄ orbi, alias vero quod ad pertinaces illos Hypocritas & Phariseos attinet, non solū extra aleam positā esse volo eam oīs humani iudici, sed & (vt Apostol⁹ Gala. 1. ait) omnium Angelorum. Nam cum nunc eam ex deo esse certus sim, iudicabo per eam non solū oēs vos, sed (vt Paulus inquit) etiam Angelos. Sic, vt qui meam doctrinā non accipit, illū cum Paulo fore saluū negaturus sim, Dei em̄ doctrina est, Dei (inquā) doctrina est & non mea.

Breuius dñi mei, hæc sit rei summa, si contingeret me viuere, instabo semper acrius & fortius, & non erit vestra captata illa pax vobis. At si occideritis, lōge minus vestrę illius pacis habebitis. Etero vobis, vt Oseas Propheta ait. Vrsus in via, & Leo in plateis, vtcunq̄ mecū egeritis, non succedet vobis ex sentētia, donec frontes vestræ æreę & ceruices ferreæ, siue per iram, siue per gratiā dei tandem frangantur. Quod si non resipueritis, quod tamen lōge oīm maxime velim, tum sit sane hoc inter nos perpetuum, vt vos ira disrumpi, ego deo fretus, flocci pendere pergam. Deus pacis det vobis mentē bonā & resipiscere, dum licet. Amen.

P R A E F A T I O.

Ne autem apud quosdam bonos & pios homines, ea quæ nunc dicturus sum, sic accipiātur, quasi transiliā lineā & plane libertate hac mea ferar supra iustū, quod tam potētes & magnos dominos palā obiurgo. Et ne videar hoc agere (quod tyranni quidā, interpretantur) vt excitē tumultus & motus in orbe, opere precū videbar mihi facturis, si primū scripturis & efficacibus rationibus ostenderē, non solū equum & piū esse, sed & vehemēter necessariū, excelsos vertices & capita in populis tāgere & pstringere.

Vetuit hoc quidē Papa in suo iniquo & impio iure Canonico, ne quis prelatos acrius obiurget aut eis resistat, atq; hoc preclaro instituto freti, picti isti Episcopi Catharine filij, cum nihil norint, nihil curant discere, & tamen interim nulla in re prestantes Episcopos, hoc ipso comento, egregie suam ignauissimam quietē & vitam mollē constabiliērūt, nusquā non ostentantes sese quasi sint pastores Ecclesiæ, quasi sint Episcopi, cum sint merē vmbre, personę lupercales, statuę mutę & picturati trunci, sub magnifico nomine & titulo Episcopi totū mundū perdentes. Sed quid de his dicat videamus.

Ezechielis. 4. Fili hominis speculatorē te dedi domui Israel & audies de ore meo & anūtiabis eis ex me, Si dicente me ad impium, morte morieris, & non annunciaueris ei, neq; locutus ei fueris, vt auertatur a via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinē autē eius de manu tua requirā. Si autē tu annunciaueris impio & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia, ipse quidē in impietate sua morietur, tu autē animā tuam liberaſti.

Dic quæſo, est ne seriū & graue mādatū a summa Maiestate profectū? Concionatori em̄ hoc incumbit sub periculo salutis suæ, vt impios accerrime obiurget. Nam deus hic loquitur de manifesta & publica obiurgatiōe, cum ei munus prædicandi verbi sui demādarit. At quæſo, cur tāta vehemētia hoc postulat, mādat, adeoq; vrget: proculdubio, qd̄ cōcionator si tacet, cōtra charitatē grauissime peccat, tam vilem estimans salutē animæ proximi sui, thesaurū tantū, cui tamē in victu & vestitu & longe minoribus rebus succurrere debebat.

Sed tamen hoc expresse addit, vt audiat Propheta verbum a deo, ne suum verbū prædicet, aut quicq; humanū. Nos vero, non habem⁹ vllum verbum q̄ scripturas diuinas, proinde per has increpandi sunt oēs impij. Nec est, vt hoc cauillentur, quasi hic locus non loquatur de magnatib⁹, sed de infimo tantū vulgo. Nam hoc ipsum, qd̄ personam nullā exprimit, concludit & vrget eum locū etiā de magnatibus intelligendū. In genere em̄ loquit̄ de impijs, siue magnis siue paruis, & qualescunq; tandem sint. Verbum dei non respicit personas. Est em̄ supra oēs personas, & pertinet ex æquo ad oēs. Nam & Ezechiel ipse, quāq; erat humili loco, tamē mittebatur ad prædicandū vniuerso populo Israel, in quo erant Principes, Sacerdotes & Magnates multi.

Sic & Micheas. 6. dicit, audite quę dñs loquitur. Surge cō-

tende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam, audiant montes iudiciū domini, & fortia fundamenta terræ, quia iudiciū dñi cū populo suo, & cum Israel diiudicabitur. Qui sunt autē montes & fundamēta terræ quibus prædicari iubet: Hic mādat nō populo, sed capitibus in populo iudiciū dei & verbū domini annunciari.

Sic & oēs reliq̄ Prophete, locis n̄s, vbi concitatissimi & liberrimi sunt, maximeq̄ affectibus illis tragicis assurgunt, vt pleurumq̄ non plebem, non vulgus, sed sublimes vertices, vt puta Reges, Principes, Sacerdotes, Doctiores & nobiliores i populo, perstringūt & acerrime infectātur, quēadmodū hoc illorū scripta (vt nullus moneā) fatis testantur. Sic & dñs ad Hieremiā dixit. i. Cap. Ecce dedi verba mea in ore tuo, Ecce constitui te hodie super gentes & regna. Ego em̄ dedi te hodie in ciuitatē munitam, & in columnā ferream & murū creū regibus Iuda, Principibus eius & Sacerdotibus & omni populo, & bellabūt aduersum te & non præualebunt, quia ego tecū sum, ait dñs, vt liberē te. Porro hic Hieremias (quod ad personā attinebat) longissime erat infra Reges, Principes & Sacerdotes, homo plane contemptus ex humili opidulo Anathor prognatus, adhuc tamen mittebatur a deo ad prædicandū verbū dñi, & ad obiurgandū super omnes & contra oēs sublimiores status & Magistratus populi.

Ad hæc Christus ipse, vt describitur in Euangelio, plane erat homo contempt⁹, abiectus corā mundo & humilis, nulla potestate sublimi aut imperio insignis. Age vero, quos porissimū corripiebat: quos obiurgabat alios q̄ solos Principes sacerdotū scribas & phariseos: & breuiter, quicumq̄ magni aut sublimes erant. Et ibi certe exemplo esse voluit concionatoribus omnib⁹, vt capita illa in populis sublimia & magna, quādo contra deum agunt, strenue & absq̄ formidine taxent, quando quidem & salus & perditio maxime in capitibus sita est. Quid igitur stultas furiosas & phanaticas leges Papæ sequeremur contra Christi & omniū prophetarū exemplū: quid inquā magnatibus & tyrannis illis spiritualibus parceremus? Quorsum attineret, præteritis p̄cipibus & primorib⁹ populi, obiurgare & corripere vulgus: Nunq̄ em̄ tantū posset extirpari mali, pure, sincere & libere, Euangeliū docendo, quantū illi plantarent male & sinistre mandando. Plane em̄ contingeret hic, vt Salomon dicit. i. Eccle. Cū hic edificat ille destruit, quid ibi nisi labor perpetuus erit? Si nunc edificandum est in populo, necesse est Principibus capitib⁹ illis, authoribus doctrinæ humanæ & deualtatoribus resistere.

Proinde hic debemus liberam illam doctrinā Apostoli .i. ad Timothe. 3. mordicus tueri ac sequi, dū inquit. Eos qui peccāt, coram omnibus argue, vt cæteri timorē habeant. Hic Paulus neminē excipit, neq; humilē neq; sublimē, Et quāq; dicat contra presbyteros. i. contra Seniores (hi em̄ tum regebant in Ecclesia) non suscipiendā accusationē sine duob⁹ aut tribus testib⁹. non sustulit tamen per hoc obiurgationē omnē, sed potius confirmauit. Quia post illa verba, quæ de testimonio ille, sequitur mox. Qui autem delinquūt (inquit) hos publice obiurgare debes coram omnib⁹. Sed nostri Episcopi Penelopes sponsi, interpretati sunt hoc vocabulū, presbyter, de sacerdotibus, hoc est de semetipsis, cum Apostol⁹ sentiat de senib⁹ & grauib⁹ viris, hos scilicet non esse facile aut quauis occasione accusandos, quemadmodū & Cap. 4. dicit. Senem ne obiurges acrius, sed roga vt patrem.

Neq; em̄ loquitur Apostolus de ijs Episcopis & sacerdotibus, qui iā nostra etate, vt plerumq; sunt etate florenti, & pene adolescentes, non sine incredibili damno & iactura Ecclesiæ, sed de senibus & grandæuis in scriptura peritis loquitur, hos em̄ reuerenter tractare conuenit, & si quid admiserint, rogādi sunt, vt desinant, non acerbis increpandi.

Deinde a hoc in primis obstricti sunt ministri verbi, vt acrius Episcopos & Ecclesiæ primates obiurgent, q̄ mundanos, idq; multis de causis. Primum q̄ Ecclesiastica illa sublimitas, vt nunc est, non sit ex deo. Deus em̄ hunc personatū & fucatū populum, & pueriles ac vere facticios & Nicolaicos Episcopos, nō agnoscit neq; assumit, cum non doceant, neq; quicq; obeant muneris Episcopalis. Deinde ne ab hominibus quidem constitutē sunt hæ Episcoporū vmbre, sed ipsi sese exaltarūt & arripuerunt sibi imperium contra deū & homines, contra rationem & cōmunem sensum, vt natura est & ingenium Tyrannorū, qui solum ex ira & furore dei imperant. Magistratus mundani sunt ex gratia & clemēti ordinatione dei, ad corripiendos malos, & protegēdos ac tuendos bonos Roma. 13. Preterea mundani magistratus, vt maxime iniuriā faciant & inique agant, tamen dū taxat bonis tēporarijs & corpori nocent, Atq; magnates illi Ecclesiastici, nisi sint p̄ij & cursum verbi dei promoueāt ex animo, merilupi ac crudelissimi carnifices animarū sunt, & p̄inde habet i Episcopis malis & impijs, ac si Satanas ipse mitratus & annulat⁹ in cathedra sedens populo i peraret. Quare & Episcopi, qui nō docent purum verbū dei, nō sunt min⁹ iugendi quā Satanas ipse,

Vbicunq; em̄ non est verbum dei, ibi certo nihil aliud est, quā
humanus error, mera doctrina dæmonior; & animar; laniena.
Conscientiæ em̄ seu animæ, sine verbo dei, nec viuere, neq; a Sa-
tana liberari possunt.

At hic (sat scio) obijcient periculū esse, ne excitetur tumultus
contra Episcopos & Principes illos Ecclesiasticos. En respondeo,
scilicet ideo negligetur verbū dei & peribit totus populus: scilicet
cet equū & fas est, oēs animas in sempiternū perire & occidi, quo
istarum laruarū temporalis & vanissima pompa seruetur, & in
sua pace duret. Imo præstaret (damna em̄ spiritualia pendenda
sunt) sexcēties oēs Episcopos semel perire, omnes collegiarias Ec-
clesias, oīa monasteria, extirpari erui & euerti funditus, q̄ vnā
animā perire, vt interim taceam infinitas, atq; adeo oēs animas
perituras, ppter illas vanas & pueriles puppas, & plusq; mortu-
os ac mutos trūcos. Age vero quis est vsus Episcopor;, qui nūc
sunt, nisi vt in voluptatibus viuant, & de alior; labore & sudore
luxurientur, & interim tyrannicis minis & Satanicis terroribus,
damnent, exhibent, eijciant, & expungnent verbū dei.

Timent misere sibi egregie prudentes homines, metuunt
mira anxietate tumultus in Rep: temporali, & interitum animar;
rum securi & dormitantes negligunt. Quæso te lector, sunt ne
preclari, cordati, & egregie fortes Ecclesiæ pastores. Si verbū dei
& veritatis susciperent, vt quærent in primis vitam & salutem
animarum, tum deus (vt Apostolus inquit) patientiæ, consolā-
tionis & spei esset cum eis, vt non essent metuēdi tumultus vlli.
Quandoquidem aut, sicut aspides surdæ obturantes aures suas
audire nolunt verbum dei, sed pro suo furore & infania cōtra
hoc sequūt excommunicationibus, anathemate, carceribus, gladio
deniq; igne, quæso quid aliud hac sua extrema rabie cōmeriti
essent, q̄ vt suboriretur tumultus bene magnus, vt tempestas quæ-
dam per iram dei ingrueret, quæ semel tolleret eos de medio. Et
sane nihil q̄ ridendi essent, si tale quid eis contingeret, quemad-
modum sapientia Prover. i. dicit. Quia vocaui & renuistis, ex-
tendi manum meam & non fuit qui aspiceret, despexistis omne
consilium meum & increpationes meas neglexistis, ego quoq;
interim vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id quod time-
batis, aduenerit.

Verbum dei non excitat tumultus, sed præfracta & ob-
stinata inobediencia illor;, qui cōtra sequunt, in causa est, vt mo-
tus excitentur in populo, & illis tū cōtingeret per tumultus, quod
incredulitate sua & pertinacia ac impia cæcitate essent commeriti.

Etenim

Etenim qui verbū dei suscipit, hic nullos tumultus excitat, etiā si illas inanes larvas non amplius metuat, neq; illas Episcopales puppas, nunc verbo dei cognito, adoret, Atq; hoc, ni fallor, tumultus vocant, hoc tantopere metuunt, fucatae illae personae, quae haecenus passae sunt instar numinis se adorari & metui, quasi veri fuerint Episcopi, aut veri Ecclesiae pastores. Si quis autē seditiones aut tumultus excitat, is abutitur verbo dei, ad suos affectus suamq; libidinem. Nam verbum Christi vel dei non tumultuatur corporaliter, sed impijs hominibus, & praesertim tyrānis, sepe minatur & annunciat (vt in Prophetis patet) tumultus & vastationes corporales. Liberat autē sensim animas a vinculis tyrannorum, vt contemnantur, quod est oim potentissimū & fortissimum remediū, eorum tyrannidis frangendae. Nam quicquid in cordibus hominū vilescit & cōtemnitur, hoc nō est, vt magnis viribus nitaris destruere. Iam em̄ cecidit, & diu consistere non potest, quē admodum psal. 9. dicitur. Sic & hic laruarū populus non indiget alia vastatione, q̄ solum vt retegatur & ostendatur, q̄ fucatus sit hypocriticus, mox sordescit apud omnes homines & relinquitur.

Vtemur autē hic exemplo quodā crassiore. Olim mitra seu ifula Episcopi erat signū quoddā mysticum. Duo summa cornua significabāt vtrūq; testamentū, vetus & nouū, quae Episcop⁹ in vertice animi, hoc est in intellectu gerebat, & doctus ac peritus erat in sacris literis, quemadmodū Paulus ad Titum .i. praecipit. Duae vittae a tergo propendentes significabant officiū praedicandi, quo scripturā vtriusq; testamenti, libere pronūciabat in populū, & ipse sancta & inculcata ratione vitae praecedens se imitari & sequi docebat. Cum autē iam videmus Episcopos cornutos illos pileos deferentes, quaeso quid significabūt? Non desunt festiuuli quidam, qui purent duo cornua significare, Episcopū doctū esse oportere in vtriusq; testamenti literis. Caeterum duae vittae sic temere a tergo suspensae, significant contra, eos vtrūq; egregie ignorare, & ne discere quidē velle. Nam praecipua in nostris Episcopis & Cardinalibus, eminet virtus, pene eiusmodi est, vt sint testae & caluariae sine cerebro insigniter stupidae, & ad prodigium vsque rudes, adeo vt etiam probri loco (ijs superioribus & deplorandis decretaliū saeculis) haberi caeperit, Episcopum studere in Biblijs. Nec iniuria forsan. Quid em̄ Princeps tantus, se ijs tam molestis curis discutiaret, quae capiti & memoriae (ni fallor) officiūt: cum satis vndiq; terminarior, satis vndiq; monachorum sit, qui etiam pro vno pane conducti, vel prae-

B

denti vel in lecto cubitanti, multastales res bonas ex Biblia, decantent, & lectione sacra, sic patri reuerendo & sancto somnium conciliant.

Sed circa iocum, quaeso quid tandem aliud sunt nostri Episcopi, quam meretricum personae, & Episcopi per omnia tales, quales lusitantes infatuli creant, solum quod lapides & mura saxa (si deo placet) nouerunt conspergere, & thusculo acerrae iniecto fumos facere & vendere, scilicet ut ipsi nihil aliud quam trunci & ligna, item & ligna consecrent, & nihil ipsi quam mura saxa, saxa etiam baptisent, Caeterum haec omnia magno supercilio, & solemnibus caerimonijs adhibitis, peragunt. harum rerum spectatores alias forsitan nullos inuenturi, 40. dierum indulgentijs (non mediocri scilicet mercede) conducunt, & nunc etiam indulgentijs defunctis & sepultis etiam quaerunt & ambulant, quasi deo templum aut altaria consecraturi sint. Et recte quidem, ubi alias deus inueniret habitaculum, aut quo a Satana (ut sic loquor) fugatus profugeret, nisi frugi hi homines casti & sancti Episcopi, mura illa saxa, murosque parietes aliquot sacris guttulis rigarent, & odoro fumo nares demulcerent. Et sane pro suo decoro omnia rectissime. Nam & sic in festis illis lupercalibus ante dies esuriales creamus eos reges, auroque & purpura induimus, qui reuera nihil aliud sunt, quam Rasuci & Idiote, Et pueri quoque Episcopos facitios quosdam creat per lusum, & cum certum sit, serias illas functiones verorum Episcoporum, quales Apostolus vult, pueris imitabile esse, Hic tamen magnam dubium esse possit, utri alteros imitentur.

Quae autem sit imago veri Episcopi describit Apostolus 1. ad Timotheum, 3. Si quis Episcopi munus appetit, honestum opus desiderat. Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed aequum, alienum a pugnis, alienum ab auaritia, quae domui suae bene praesit, qui liberos habeat in subiectione, cum omni reuerentia. Quod si quis propriae domui praesesse non nouit, quomodo Ecclesiam dei curabit. Non nouit, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum & bonum habere testimonium ab extraneis, ne in probrum incidat & laqueum calumniatoris.

Vide an non sit bonum opus, desiderare Episcopatum, in quo tot praeclearae insunt virtutes. S. Paulus non vult Episcopum esse Neophytum, qui recens venerit ad fidem aut parum confirmatus sit in fide, ne obreptator habeat occasionem ad iudicandum & dicendum. En eiusmodi stultum illi praefecerunt rebus tantis. Sed vult eum esse, virum, experientem, peritum & grauem, sic ut pudore suffundantur.

tur maleuoli, & de eo male loqui aut iudicare non possint. Sic & ab infidelibus oportet eum habere bonū testimoniū, vt eius estimationem ne apud illos quidem prorsus esse vilem, alias est eis ludibrio, & vndiq; quasi fune constrictus, ne quicq; possit libere hortari aut dicere aut obiurgare, quādo & in ipso multa sunt, quę crimini ei dari possunt. Id quod tum toti congregationi offendiculo & infidelibus magno scandalo esset. Nam Apostoli seculo permixti erant Christiani infidelibus, Quapropter oportebat vitam eorum, in primis autem Episcoporum, irreprehensibilem probabilem & vndiquaq; inculpam esse.

Sic. I. ad Titum dicit, Huius rei gratia, reliqui te in Creta, vt quę defunt pergas corrigere, & oppidatim constituas presbyteros sicut ego tibi ordinaram. Si quis est inculpatus, vnius vxoris vir, liberos habens fideles, non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint tractabiles. Oportet em̄ Episcopum inculpatum esse, tanq; dei dispensatorē, non prefractum, non iracūdum, non vinosum, non percussorem, nō turpiter lucro deditum, sed hospitem, bonarum rerum studiosum, sobrium, iustum, pium, temperantem, tenacem eius qui secundum doctrinā est fidelis sermonis, vt potens etiam sit exhortari per doctrinā sanam, & cōtra dicentes conuincere. En hęc sunt formę & dotes Episcoporum vere Christianorum, quorum in qualibet vrbe aut vniuersitate oportuit esse saltē vnū, aut duos, pro vt exigeret necessitas. Sed quid nūc, cum nouum quoddam & (si superis placet) generosius Episcoporum specimen proditum sit hoc tempore, hęc formę antiquę Apostoli, & iam olim obsolete, num ad hos pertinerent? In Papisticis Episcopis longe meliores, nisi fallor, formę & virtutes sunt, quarum ne quisq; catalogum desiderare possit in posterū, quantum quidem ego hęc ego memoria cōplexus sum, recensebo, & sunt ferme eiusmodi.

Primum precipue illis propriū est, egregie, & ad stuporem vsq; oīs eruditionis esse ignarum, matrimoniū seu coniugium fugere, & pro illo quantumlibet scortillorū alere, pedum argenteum sudariolo reuinctum gestare, mitram cornutam deferre, pompas ritū incedere, verticem late rasurā habere, multas vrbes ditiorumq; bene amplam, subasperorio suo (eorū em̄ vocabulo vtar) complecti, caballos insignes triūphantis istar, eosq; multos, pompa quadam circumducere, aulico strepitu superbire, Officiales, hoc est certos quosdam prouinciarum Verres, & pauperum carnifices fouere, animas per tyrannidem & excomunicaciones occidere, & quod pene mihi exciderat, arma gentilitia, hiantes

B ij

leones &c. & id genus monumenta, nullo non loco, non sine pe-
do & Cruce Pontificia pingere & affigere, digitos egregijs annulis
reinctos ostentare, purpureis chirothecis, ne scilicet in ceremo-
nijs medijs frigeant, cōmunire, muta saxa & ligna in templis, sca-
lis appositis ad oēs parietes, aquula nescio qua, aspergere. Infantus
Ios illito ceromate confirmare, atq; compatres aut cōmatres (quas
vocāt) pręsertim si formosule puellę sint, in alterā buccam blan-
dile sacra alapa data, ceu attentiozem ad res tam sacras reddere,
atq; id totum tamen, conseruato decoro Episcopi agere, non (ne
hic quis suspicāre ineptus posset) gestu histrionico, ne protinus tota
turba, importuno forsam risu, rebus sacris obturber.

Et id genus pulcherrime mille alię forme sunt longe plausibilia
liores, quā illę sint Pauli, in nostris Episcopis, quas Apostolus re-
censere, aut est oblitus, aut certe habuit incognitas, necessarie tamē
quę per sanctissimum dñm Patrē Papam adinuenirētur. O Ido-
la terrę & larue mundi.

Ceterū vt maxime ibi memoria lapsus sit Apostolus Paulus,
tamen cuiusmodi vitam, sub ijs speciosis cornutis mitris,
pallijs, sceptris, caluicijs, stolis, chirothecis, annulis, & id gen^o per-
sonis, ducāt, minime est oblitus, cum. 2. ad Timoth. 3. dicit. Illud
aut scito, qđ in extremis diebus instabunt tēpora periculosa. Erunt
em homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, parenti-
bus imorigeri, ingrati, impij, carentes affectu, nescij fœderis, ca-
lumniatores, intemperantes, immites, negligētes honorę, prodito-
res, præcipites, inflati, voluptatum amantes, potius qđ amātes dei
habentes formam pietatis, sed vim eius abnegantes, & istos auers-
sare &c. Ecce hic (nisi me fallant omnia) Paulus nostros illos ocios-
sos & in doctos Episcopos suis coloribus graphice depinxit.

Eisdem vero coloribus Apostolus Petrus, cui Papa se suc-
cessisse gloriatur, eos exprimit. 2. Petri. 2. Fuerūt autem & Pseudo
prophete in populo, quēadmodū & inter vos erunt, falsi Docto-
res, qui iuxta inducēt sectas perniciosas, etiā dñm, qui eos merca-
tus est, abnegantes accersentes sibiipsis celerem interitum, & plerū-
que sequentur illorū exitia, per quos via veritatis maledictis affi-
cietur, & per auaritiā facticijs sermonibus de vobis negociabūtur.

Hęc verba non possunt aliter, qđ de Episcopis & de Ecclesi-
asticis magnatibus intelligi. Videmus em quō præter doctrinam
Christi & Euāgelij, varias traditiones hominū, sectas, ordines, fac-
tiones adinuenierint, & in mundū iuxta inuexerint. Quę res oēs
extra rectam & regiam viam Christianę fidei, peculiaria opera &
formas viuendi præscribunt, quib^o cognitio Christi extinguitur,

& Christus, quē solum singulis pene syllabis Apostolus Paulus ingerit, negatur, qui tamen Christus solus nos redemit. Docent em̄ sanctuli illi per opera & liberi arbitrii conatus nos iustificari, cum solus Christus ad Corinth. 1. Cap. 1. factus sit nobis iustitia, & sanctificatio & redemptio. Ad hæc, maledictis & blasphemis insectantur viam Euangelii & veritatis, nec patiuntur suos errores conuinci, aut se doceri, solum Christū nostram esse salutem, vitam, & iusticiā. Deinde clarius est quā vt argumētis indigeat, quō oēs auaritia demētati & furia, totā doctrinā suam eo dirigant, vt solū ipsis dentur oīa, vt templa & monasteria, & consecrata lupanaria & Ecclesiæ cathedrales collegiatæ ædificētur, vtq; ipsos opulentos bene nūmatos & modis omnibus abundantes esse patiamur. Atq; hæc sunt mendacia & fraudulentæ hęc imposturæ, quibus sic fucum vitæ sanctæ & spiritualis status prætexunt, & re ipsa virtutem veræ pietatis abnegant. Et tamen interim illis nemo non donat sic nemo nō largitur, tanq; ihs, qui vitā sanctā ducāt, cum sit fucus & mera hypocrisis, ac fucatisissima simulatio sine omni fide. Vt non abs re dixerit Petrus, multi eorū errores sequentur.

Præterea dicit Petrus, quibus iudiciū iam olim non tardat, & perditio illorū non dormitat. Nam si deus Angelis qui peccauerant non pepercit, sed catenis noctis in tartarū præcipitatos tradidit seruos in iudiciū. Et prisco mundo non pepercit, sed octauū iustitiæ præconē Noe seruauit diluuiō in mundū impiorū iuducto. Et ciuitates Sodomorū & Gomorrhæ in cinerē redactas, subuersione condemnauit, eosq; fecit exemplum ihs, qui impie essent accuri, Et iustum Loth, qui opprimebatur a nefarijs per libidinofam conuersationē eripuit. Is em̄ oculis & auribus iustus, cum habitaret inter illos, quotidie animā iustā iniquis illorū factis excruciebat. Nouit dñs pios a tentatione eripere, Iniustos autē in diem iudicij puniendos seruare, maxime vero illos, qui carnē sequentes, in concupiscentia pollutionis ambulant, ac damnationē contemnunt, audaces, præfracti, qui gloria præcellentes non verentur conuicij incessere.

Tria terribilia exempla, his ardentissimis & vehementissimis verbis, hic magnatibus illis proponit Apostolus, de Angelis, de mundo, de Sodoma. Sed frustra ingeruntur & prædicantur eis hæc omnia. Nostri delicatuli Episcopi non credunt hoc de se dictum, deinde hæc non legunt neq; audiunt. Sed obserua queso, quæ belle conuenit verbis Petri, cum Paulo, cum eorū vitam spurcam & impurā describit. Nam quod dicit audaces, præfracti, vix sunt quibus ea vocabula citius conueniant.

B ij

maxime admirantur sese, adeo ut dominationes & magistratus
mundanos, & quicquid alias est excelsi aut maiestatis in terra, pre se
contemnant, adeoque conuiuijs incessant. Papa enim iam olim sibi
hoc portentosa tyrannidis arripuit, ut non sit veritus, Reges &
Principes conculcare, exauthorare, excommunicare, maledicere in
4 & 5 ac 6. generatione, & pro sua libidine, oia que quoquomodo
ad extrema & prodigiosam tyrannidem spectare possunt, exercere,
haud secus atque sues essent Principes aut canes. Cum tamen scrip-
tura velit, oes homines ihs subiectos esse, propter publicam pacem
huius vite, presertim, cum constituti sint ad seruiendum, tanquam mi-
nistri gladij, ordinationi diuine.

Et adhuc tamen inueniuntur aliqui Reges & Principes, ig-
nari, parum fortes, parumque viri, qui talia Claudiana tonitrua,
& vanam maledictionem metuant, & suppliciter etiam, pro stupore
extremum, sese a Papa rursus, nescio quibus magicis preculis &
conceptis verbis, benedici (eorum enim vitia verbo) impetrant, scilicet
ut audacia illa Neroniana, & incredibilis eius tyrannis, (quasi vero
sua sponte non satis insaniat), hinc citius vires ac robur accipiat,
vniuersoque orbi vanissimis illis maledictionum fucis imponat. Ad
hoc vero Papam strenue adiutant Episcopi, & omnes Papae
satrapae, suntque reuera contemptores dominationum ac potestas-
rum, qui nulli potestati subiecti esse volunt, neque corpore neque
bonis, sed solum ad excommunicandum & maledicendum maiestates
omnes audaces & praefracti, & plusquam furiosi, vndique tumultua-
ntur & insaniunt.

Dic queso, num S. Petrus hic delicatos Episcopos nostros
liberrime perstrinxit? Age, de quibus alijs hoc usque intelligi po-
test, quod dominationibus non sint subditi? Reges & Principes ma-
ledicant, breuiter, audaces & praefracti neminem metuant. Est ne pa-
lam notum orbi, qui nam sint, qui istud facinus admittunt? Preter-
ea dicit Petrus. Cum ipsi Angeli, qui sunt robore & virtute ma-
iores, non ferunt aduersus sese apud deum maledicum iudicium. As-
isti veluti bruta animantia, natura genita in capturam & in pernici-
em, in his que non intelligunt maledicentes in perditione sua pe-
ribunt reportantes mercedem iniustitiae, pro voluptate ducentes, si
in diem delicijs fruatur, labes ac maculae, qui conuiuantes in erro-
ribus suis, luxuriatur de vestris, oculos habentes plenos adulterij,
& qui a peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles,
cor habentes exercitatum rapinis.

Ecce quam vehemens est hic tantus Apostolus, ut calet, ut
ardet, ut meras flamas loquitur. Queso qui sunt, qui de alienis

bonis in luxu & delicijs viuunt: qui inq̄ sunt, qui putant satis esse, si solū se & sua curent: Qui sunt, qui tanq̄ bruta animantia viuunt: Quos obiurgare: quos corripere: aut etiā admonere liberius, haecenus ausus est nemo: Obsecro te, indiget hic locus vlla glossemate: est ne in confesso, Episcopatus, Cathedrales Ecclesias, Monasteria, Vniuersitates, in quibus non prę omnib⁹ sacre literę docentur, nihil esse q̄ voraginē quandā inexplebilem, in quā Regū, Principū, comitū, plebis, vt vno verbo dicā, totius mundi opes cōfluunt: Est ne clarę satis hoc genus hominū, in tantas opes, non sua ipsius industria, sed aliena stultitia, & largiendi infania quadā esse positū: Ipsi quidē, vt sunt natura philauti, deierarēt se esse nobilissimū specimen, & plane selectissimū florē, inter oēs homines totius orbis, & Petrus tamen vocat minime obscure, labes, pestes, & maculas. Ipsi vero sunt, qui conuicijs incessunt & damnant veritatē, quā non agnouerunt. Nam in suis opinionibus humanis, imo Satanicis, & vita spurcissima, toti submersi, toti animales & bruti occaluerunt, prorsus expertes & ignari fidei & rerę spiritualiū. Adhuc tamen illectāt suis illis illecebris opū & honorę instabiles animas, Ad Episcopat⁹ em̄, sacerdotia & monialatū aspirarunt haecenus, & ocij amore & sanctę Crucis odio, anhelarunt, vt plerumq̄, qui in flore iuuentutis selectissimi & optimi fuerunt.

Nam & in hoc hodie quoq̄ pleriq̄ filiū & filię a stultis & impijs parentibus educantur, vt in hac vitę genera se, non quidē studio pietatis aut dei, sed solū vt eis (sic em̄ vocant) sit bene prouisum, vt ex alienis bonis luxu & delicijs ociosi diffluent, scilicet ne opus habeant manibus proprijs parare victū & in sudore vultus sui parare panem, ad quod oēs homines astricti sunt Gene. 3. Quomodo autē cor habeant auaritia & rapinis exercitatū, qui uis intelligit, neq̄ em̄ vllū finē faciunt inueniendarę artiū & technarum, quibus totius mundi bona ad sese corripiant. Porro ad hanc cauponationem (quod abominabile est) abutuntur deo, sacramentis, missa, & omnib⁹ spiritualibus rebus, vt interim taceam, quę per vsurā, mendatā & fraudes extorquent. Ceterę si quęras, qui nam sint, qui oculos plenos habēt adulterę: haud dubie taxat hic Apostolus turpissimā, & plane meretriciā eorę vitam. Nam haud sec⁹ atque pudere desiit adultera, oculis plenis & lenocinātib⁹ circū quaq̄ obtueretur quosuis, exposita libidini cuiusuis, ita & ipsi impudentissimi sunt, adulterę quę semel frontē perfricuit simillimi, dediti em̄ sunt toti spurcę libidini, in qualibere & sine obiurgatione cuiusq̄ securi viuunt.

Præterea dicit Beatus Petrus, filij sunt maledictionis, qui re-
lictæ via recta aberrauerunt, secuti viam Balaam, filij Bosor, qui
mercedē iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate,
animal subiugale mutū humana voce loquens, prohibuit Pro-
phetę dementiã. Isti sunt fontes aqua carentes, nubes quæ a pro-
cella feruntur. Quæadmodū em̄ Balaam increpabatur ab asina,
sic videmus etiam auaritiã apud illos tanta infãnia & impudentia
regnare, vt etiã imperitiū vulgus nunc contra clamare incipiat, &
hinc tritū adagiū arripuerit, Sacerdotibus & Monachis auarior,
breuius, nemo est, qui eo nomine eis nō odiosissime obloquatur.

Sed age, q̄ terribile hoc est, quod palam appellat eos filios
maledictionis. Quis alias auderet Pontificē Romanū, & Episc-
opos cum suis appellare populū maledictū? Nūc Petrus tantus
Apostolus, atq; adeo spiritus sanctus per ipsum sic appellat &
maledicit eos. Quis iam non doleat, & toto corpore contremis-
cat, quod vnq̄ maledicto huic generi vitæ sese addixerit? O fue-
giat, fugiat, inquã, hoc sæculo hæc vitę genera monachorū & sa-
cerdotū, & id gen⁹, q̄ potest, Deinde Episcopos egregie iterū suis
insignit titulis. Quid em̄ hic est fons sine aqua, & nubes sine
pluuia, q̄ Episcopus sine ministerio verbi? Officiū em̄ hoc Episc-
opis incūbit, & tamen ei non satisfaciunt, haud ſecus atque sicci
& dissipati fontes vocabulū fontis habent, & locū fontis occupāt,
& tamen nihil aquæ præstant. Et nubes quæ vento disturbatæ
aliunde alio agitantur & impelluntur, sunt quidē loco verarum
nubiū in cœlo, sed ne guttulā quidem distillant. Sic & nostri
Episcopi, v̄o gloriæ agitati, in sublimi quidem versantur loco
Apostolorū verorū, sed tamen iuxta oēs cogitationes Sathanæ
impelluntur, & vehementer in voluptatibus & honoribus huius
mundi, nihil aut distillant, nihil præ dicant. Proinde & eis reserua-
tæ sunt infernales tenebræ in perpetuum.

Sed si dicas, qui possunt fontes sine aqua appellari, & nu-
bes sine pluuia, cum totū mundū plus satis oppleant & repleant
docendo, & vndiq; magna crepent? Respondet Petrus, & fatetur
q̄ magno orbis malo, certe plus satis prædicent, & dicit præterea.
Siquidem, vbi vehemēter fastuosa vanitatis verba sonuerint, in-
escant homines per cōcupiscentias carnis voluptatis eos qui vere
aufugerant, eos qui in errore versantur, dum illis libertatē polli-
centur, cum ipsi sint serui corruptionis.

Hic reddit rationē, cur nam eos compareret Balaam, & des-
cribit naturā doctrinæ ipsorū. Proinde hoc paulo pressius intues-
amur. Moses scribit Numeri. 24. & 31. Quomodo Balaam
suggessit

suggessit Regi Balach, vt erecto Idolo Baal Peor, & sacris institutis, in quibus aliquot mulieres & puellę in honorę numinis pstant, ad Idolatriã & stuprũ prouocaret filios Israel, sicq; iram & indignationem dei super eos induceret, quas alias vincere non poterat, cuius consilio paruit Rex Balach.

Illecti igitur filij Israel a mulieribus Madianitarũ, sacrificauerunt vna Idolo Peor, vtq; libidini & crapulę turpissime se dedissent, blanditijs mulierum seducti sunt. Quare iratus deus, Principes fecit suspendi ad solem, & occidit viginti quattuor milia hominũ. Ecce huius tantı sceleris author fuit tantus Propheta. Ecce hoc admisit, qui paulo ante tam diuina pcedicarat. Cum aut Apostolus Petrus hęc omnia ad nostros referat Episcopos, iam latius de hac re videamus.

Cuiusmodi Idolũ fuerit Baal Peor, non explicat tam clare scriptura, quamq; quiddã attingat Ezechiel Cap. 23. de portetosa & inexplebili libidine spiritalis illius adulterę, dum eã acerbissime obiurgat, q; equorũ carnes concupierit. Et insaniuit inquit libidine super cõcubitum eorũ, quorũ carnes sunt vt carnes asinorum, & sicut fluxus æquorũ fluxus eorũ. Authores aut asserunt hoc Idolũ, Priapũ fuisse, de qua re tota mallem multo tacere, propter aures verecundas, quã quicq; dicere, nisi me verba illa & acerrima increpatio Apostoli Petri cogere, scilicet pro cõdecorãdis nostris delicatulis & ociosis Episcopis, hic paulo fusius retractare. Proinde vt hic horrendã indignationẽ dei, & malitiam Sathanę cognoscamus. Obtestor verecundas aures, boni cõsulant, vt vel paucissima de hac re loquar, quo videam, quãtum calamitatis, miserię, & cæcitatıs, natura humana, & nubilum illud lumen rationis in sese conscissat, si relinquatur sibi.

Priapus em̄ erat statua adolescētis nudı, formis quibus fieri potuit, turpissimis & obscenissimis sculpta, vt agnosceres numen turpitudinis & libidinis. Et diuus Augustinus scribit, q; inter reliquas leges, & ritus sanctorũ, Priapeię religionis hoc quoq; traditum erat, vt Matrona totius vr̄bis nobilissima & honestissima cogere, eius statuę ab ominabili & pudendo membro sertum imponere. Et haud secus atq; hodie pro ritu solenni sponsę die summo nuptiarũ, non sine celebri pompa, primũ deducuntur in templũ. Sic oēs puellę recent er desponsę, anteq; iungerentur suis maritis, primum cogebantur contingere & insidere turpissimis modis eius Idoli membro, in abominabilẽ hunc risum turpissime sculpto. Hic agnoscere licet, quid ira dei inducere soleat, & quo humana cecitas furiosa ruat. Nihil em̄ tam fœdum, nihil tam abominabile & turpe excogitari potest, quod non queat hominibus

C

persuaderi, modo benedicti & sacro sancti nominis dei abusu simuletur & prætexatur religio. Est ne hoc plus, quàm miserabile, plusquàm horrendum, sacrosancto nomine dei, in tam turpi & abominabili re abuti, & eo prætextu tot milia animarum seduci? Et tamē deus interim siluit, & passus est nomē suum indignis modis conspurcari & blasphemari, quo ingratis & gratiæ suæ oblitis, tanta occæcatio, tantusque error in mercedem esset & retributionē iniquitatis, quemadmodum merebamur.

Sic & nos, quicquid impius ille tyrannus Papa Romanus, filij illi maledictionis Episcopi, vel excogitare, vel fingere audent, & nobis proponere, hoc illico amplectimur, & putam⁹ esse satis, quod nomen dei prætexant. Et cum suas adinventiones solum magnis titulis celebrantes, sanctas, pias, Christianas, & diuinas vocāt, protinus irruimus & admittimus eas, ne vnquā quidem cogitantes, num in scripturis etiā sit a deo præceptum, vt non temere celebratum sit adagiū hoc. In nomine domini incipitur omne malum, Porro deus in primis hoc accurate interminatus est, ne temere quiduis quod sub illius nominis lenocinio nobis præponitur, accipiamus, & ceu digito indicans Papam & nostri sæculi Episcopos, dicit Math. 24. Multi venient in nomine meo & dicent, ego sum Christus, & seducent multos. Proinde & tam diligenter hoc cauit, ne nomen eius in os nostrum sumamus in vanū, aut alias eo abutamur, deinde & in hunc modum docuit nos orare, Sanctificetur nomē tuum i. da, vt sacrosanctum nomē dei sanctū permaneat, & solum ijs reb⁹ accommodetur & adhibeatur, quæ vere piæ, vereque diuinæ sunt, & sic non seducamur per nomen dei, sed seruemur.

Quod autem per hæc omnia significata sit illa incredibilis pestis & calamitas humanarum traditionū, qua iam deus per Papam & Episcopos affligit mundum, primū indicat Moses Deuterono. 4. cum dicit. Non addetis ad verbū, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo, custodite mandata domini dei vestri, quæ ego præcipio vobis, mox sequitur. Viderūt em̄ oculi vestri, quid de⁹ fecerit idolo Peor, & quomodo contriuerit cultores eius de medio vestri. Quare autē Moses præ alijs omnibus in primis, Baal Peor, pro exemplo poneret? dum præcepit, ne adderent aut adimerent verbo dei, nisi palam indicare voluisset, Humanas traditiones nihil esse, quam Idolum, atque adeo Idolum turpissimum Peor. Nam hæc tollunt dei legem, & addunt humana.

Quæadmodum & hodie Papa, præcepta dei pene oīa suppressit aut certe neglexit, & suas humanas abominatiōes, ceu assuas addidit. Nam vt sepe dictū est, Papistę docent, non esse opus,

vt deus diligatur toto corde, per hoc sublatū est primū Pręceptū. Deinde docēt fidē non satis esse ad iustificationē, sed requiri opera ad iusticiā, per hoc ruit secundū & tertium pręceptū. Pręterea docēt filios imorigeros esse parētib; vt ipsi sunt potestatibus, vt supra dictū est, per hoc deletū est quartū pręceptū. Item docēt, non necessum esse diligere inimicos, per hoc iram & odiū realere docent, contra quintū pręceptū. Ad hęc innumeros modos & artes inuenērūt, tum cōnectēdi, tū dirimēdi matrimōi, p hoc antiquatur sextū. Sub hęc docēt aliena bona, res, & cens⁹ vsurarios acquirere & retinere, contra septimū. Item tota doctrina eorū est falsum testimoniū contra octauum. Sic sub illo Idolo Romano Papa nullū est dei pręceptū amplius saluum, antiquata sunt omnia.

Contra de suo addidit, quomō per cucullos, sectas, ieiunia, mēdicatē, cātilenas, organa, thura, fumos, tintinabula, sistrā, crepitū boatus, indulgētias, satisfactiōes, & id gen⁹ res visibiles, de⁹ concilietur, & iustitię operafiant. Quæ oīa deus, vt oēs Prophete clamitant, sine fide abominatur, & non agnoscit. Proinde & eius doctrina est verus Baal Peor.

His consonat & Moses, cū describit cultū & religionē Baal Peor. Numeri. 25. Nempe q̄ cult⁹ hic fuerit in crapula & libidine. Nam eo extreme cęcitatē venerāt Ethnici, vt in honorē eius Idoli, suas vxores & formosissimas quasque filias turpissime prostituērent, & solennis ritus erat, vt quisque in proximā quāq; exerceret nefandam libidinem, scz bestiarū & canū ritu. Et Moses scribit de Cosbi filia cuiusdam Principis, quomō cum quodam Principe Israel spurce cohærens, simul cum authore stupri pugione confossa sit a Sacerdote Phinehes, de q̄ et Psalm⁹. Placauit phinehes. Breuiter, ita fuit miserrimus ille populus occęcatus, vt etiā sibi in hoc placuerit, quoties Idolo huic, optimos liberos suos & tenerissimas filias offerret. Quēadmodū hodie Idolū Romanū Papa, optimatū liberos, vt pote Regum & Principū filias, sua doctrina corrūpīt & stuprat, dum in monasteria illectat, qui arbitranur se benefacere, & sequi pietatem.

Nunc tota scriptura vndiquæ scortationem & fornicationem vocat eorum insaniam, qui humanas traditiones sequuntur. Et deus in omnibus Prophetis increpat Synagogam, quæ se relicto deo vero, cum doctrinis hominum, & cum Magistris humanarū traditionū fornicetur. Sic vt corporea illa obscenitas, & spurcicies Baal Peor, nihil aliud significare possit, quā spirituale adulteriū & scortationē, p quā animę cōspurcatur, & a simplicitate fidei & cognitione Christi in opera seducūtur. Nam animam

C ij

quamlibet scriptura vocat spiritalem virginem, aut sponsam, nimirum propter fidem, in qua verbū dei spiritu sancto fēta concipit, & in qua spiritus sanctus semen verbi dei fecundans, matrē facit eam veritatis, hoc est plenā veris & solidis bonis operibus, & fructibus verę pietatis.

Ad hæc natura & proprietas nominis mire huic rei quadrat, Baal hebraice significat virū, & eiusmodi virę, qui mulieri adheret, ac si mulier dicat, hic est vir meus, siue sit iure coniunx, siue concubinarius, & quęadmodū dicimus de scorto. Habet viros multos, Sic Baal significat virę mulieribus addictū & patrē familias, sic vt vocabulū hoc proprie significet virū non simpliciter, sed q̄ rei muliebri & familiari preest. Alias em̄ vir, q̄ administrandę reipublicę, bello gerendo, aut alias grauib; negocijs peragendis aptus est, Hebraice Isch vel Enosch vocatur. Sic Iudei Idolū Accaron appellabant Beelzebub, virę muscarę, nempe virum nihili & viribus effortū, vix dignū cui vel musca vxor esset. Latine talis vir dicitur maritus & cōiunx (non vir aut mas) hoc est Baal hebraice, Peor aut̄ & phigor dicit̄ hiatus, & pertinet ad os proprie, proinde Baal Peor hebraice, Latine significat homines, qui sunt ore ppetuo hianti, & sunt, vt plerūq; stupidi, oscitabundi, ignaui, mulierosi, ad omnē seriam functionē parum appositi. Proinde & huic Idolo obsceno vocabulū Baal peor significanter impositū est, Quod omni ex parte obscenū & turpe esset, comparatūq; ad meram turpitudinem & spurciciem. Quid em̄ aliud statua tam turpi forma exsculpta sibi veller, q̄ vt virum ignauum & mulierosum significaret? haud sec⁹ ac statua galeati cataphracti virum armis & bellis aptum significat.

Et quamq̄ nostri delicati & ociosi Episcopi, hæc oīa patrēt spiritualia adulteria & supra quęadmodū audiemus, tamen adeo (vt sic loquar) potētes sunt, & ceu bis mariti, vt reipsa etiā & corpore adulteros tales eosq; insignes agant. Dic em̄ per Musas, quis est vsus tandem huius sancti & præclari populi? Num reuera sunt Baal Peor oscitantes & ignaui homines? Quid em̄ aliud norunt? quid præstant? q̄ vt caballos bene pastos equitēt, & scortilla ac puellas formosulas, si non castę tamen cautim (illoꝝ enim prudenti nomine vtar) alant? quibus cū cubitent ob nocturnos scz metus. Sunt ergo meri Baal Peor, manentq; perpetuo Baal Peor, & nihilo secius interim fucum hunc sedulo faciunt, quasi in spiritualibus regant Ecclesiam, animasq; in cœlum transuehant, soli q; sint, qui errores & hereses magna vigilantia & sollicitudine extirpent.

Proinde, Idolum hoc spiritualiter nihil aliud est, quā sanctū Ius Canonicū & Papæ Papistarūq; doctrina. Nam hæc est obscæna illa statua, in qua animæ virginitatem amittunt, hoc est in qua discunt confidere in operibus, & deserere castitatem ac puritatem iustitię fidei, quam Apostolus vocat simplicitatem, quę est in Christo Ihesu. Quare & Papa non Papa, sed Priapus, & Papiste, non Papiste, sed Priapiste merito appellarentur. Quemadmodum autē valde spurcum & obscenum, & plane contra ipsum etiam cōmunem sensum erat, gentes sic erigere statuam extremæ obscænitatis, qua ad libidinem inuitabatur, & cuius etiā usu, bis obscenior & putidior Idolum hoc ceu solennibus cęremonijs colebant.

Sic & infinitis modis peius, obscenius & spurcius est Papistarum institutū, quo per Bullas & doctrinam suam, conscientias alliciunt ad fidutiam operum, ad indulgentias & satisfactiones, putantes tum demū se egregium cultū exhibuisse deo, si spiritualem fornicationē hanc, adiuuentis quā plurimis operibus, & operum traditionibus, quotidie auxerint, Quasi vero deus glorię & maiestatis factus sit, hoc obscænitatis Idolum. Cum tamen in sola fide & operibus, quę operatur in nobis deus per gratiā, verus cultus dei, & vera spiritualis castitas consistat. Sic videmus per vniversum orbem Priapistas, animas huic Idolo Priapi imponere, & mundū eiusmodi spiritualibus spurcicijs & libidinū portentis implere, meras em̄ doctrinas & opera hominū erigunt in loco sancto, vbi solum verbū dei regnare & florere oportuit.

Et quemadmodum abominabilis illa statua Priapi, refert adolescentem impudentissimū, mulierosum, libidinis & amoris estu peritū, Sic & Papisticū Idolū, nempe doctrina illa hominū, est amentia & furor quidam in constuprandis animis, & violāda castitate fidei perpetuo desęuiens. Videmus em̄, quanto studio & dimicatione suam doctrinā Papiste misero populo inculcent, & quibus furijs agitentur, quoties eorū doctrina iudicatur aut ad regulam scripturaz exigitur. Nollent em̄ vel vnā animā, illud spiritualis libidinis lupanar, illos scēdos fornices, illā qua ipsi perpetuo sudant, libidinem euadere, nollent vllam animā fidei castitatem tueri. Hoc significat nomine Baal, i. vir mulierosus, nempe quod talis doctrina hominū, solum nata sit ad conspurcationem & stuprum animarum. Hoc etiā significatur vocabulo Peor, hoc est os hians, aures em̄ nolunt prębere, vt audiant verbum dei, sed solum os illud contumax & impudentissimū & perpetuo hiatu, humanas doctrinas obgannit. Soli em̄ volunt docere in Ecclesia

& leges ferre, se audiri, se pro Episcopis haberi postulant, hinc tot fucis & coloribus magnifica nomina prese ferunt, cum tamen nihil aliud sint, q̄ Peor, id est liguaces, loquaculi, vaniloqui, quem admodum Paulus inquit. 1. Timo. 1. Volentes esse legis Doctores, non intelligentes que loquuntur, neq; de quibus affirmant.

Ex is nunc verbum Apostoli Petri licet intelligere, quare Papam & Episcopos comparet Prophetæ Balaam, Nam primū Balaam hebraice significat deuoratore, quemadmodū & Papiste totius mundi opes deglutiuerunt. Deinde haud secus atq; Balaam pecuniæ & munerū respectu consiliū dedit Regi Balach ad erigendum Idolum Baal Peor, & populū Israel seduxit. Sic loquitur Apostolus, quod Papiste & id genus homines, sequantur vias Balaam, itemq; erigant turpis quæstus gratia Idolum Baal Peor. Etenim vt videmus, quicquid doctrinæ est humanarum totum comparatū est ad congregandas opes, ad rem faciendam, breuiter, ad vberem quæstum, vt in regno Papæ videmus. Ediuerso verbum dei seu Euangeliū & sermo Crucis, ad lucrum sterile est. Crucem em̄ nemo non fugit, tribulationes quæ semper comitantur verbum dei, nemo non exhorret. Neq; em̄ potuisset Apostol⁹ aptius exemplum ex tota scriptura inuenire, ad describendam impuram & bis impiam Romæ & Romanistarum vitam, quam hunc Balaam.

Quid em̄ tandem totum Papæ regnum, tota illa impia Monarchia est, quam auri congregandi studiū, q̄ pecunia, pecunia, pecunia: Omnia em̄ ibi sic instituta instructaq; sunt, vt lucrū afferant. Etenim q̄ tyrannice nundinationibus istis, litibus prebendarum, rotæ Romanæ rotationibus, tot palliis & tunicis Episcoporum mundum exhauserit & expilarit Papa, res ipsa, extrema scz Germaniæ inopia, satis clamitat, Quamq; illa rerum & pecuniæ damna, ne putanda quidem erant, si Papa non hoc suæ Sathanicæ & impiæ doctrinæ erexisset Idolū, & totū mundū solum ob execrabile hoc & sordidissimū lucrum in Idolatriā a deo vero auocasset. Ibi em̄ Balaam ille maxime nocet, & docet spirituales libidines per totū mundū, quibus deus prouocatur ad iram. Sic vt non solum, quemadmodū Moses scribit. 2 4. milia pereant, sed innumerabiles animæ & conscientie pessum eant & damnentur.

Præterea dicit, quod vehemēter fastuosa verba sonēt, haud dubie his verbis significat illū Peor, & doctrinā illā impiā taxat, ac si dicat, doctrina eorū est germanus per oīa & verus Baal Peor. Nam eius doctrinæ Magistri miro fastu, magno hiatu oris prædicant & docent, res nihil profuturas, Quæso, num ea opinio inole

uit: num sic res iam habuit nostro seculo, quasi sola monachorum
& sacerdotum vita, vera via sit ad salutem & coelum: Nemo ausus est
sperare salutem, nisi esset de ijs sanctis, aut certe emeret celum ab ipsis.
Et ipsi sane fortiter hodie audent adhuc egregie impudentes, sicut
& exercent palam mercimonia, vendentes Missas, vigiliis, orationes,
ieiunia, monastica, & opera bona, quasi his modis alios vero
transfuerunt in coelum. Num haec sunt res magnae: sed quid sub
illo magnifico praetextu latet: nihil quod hypocrisis, vera mendacia,
technae, Romanae artes, fuci, imposturae parasiticae, doli, insidiae, bre-
uiter, laquei Sathanae. Neque in toto illo populo impietatis, mica
est fidei, sed in tonsa vertice, in stolis longis, in decanendis psal-
mis, in differentia vestium, ieiunijs, in tintinabulis, in fumis thuribus
lorum, tota eorum sanctitas sita est, Hinc sibi arrogant nobiles illos ti-
tulos, spiritualis stat⁹, sanctorum ordinum, Sacerdotum & Episcoporum,
quasi inter deum & alios homines mediaturi, scilicet ipsi facientes
se se mediatores novos, ne opus sit vno mediatore, quem deus con-
stituit, Christo. O Balaam fili Belial, perdat te deus, cum tuo abo-
minabili Idolo, qui impudenter pecuniam vndique corradens, occidis
animas.

Præterea dicit Apostolus, quod per tam speciosum fucum
splendidum praetextum, solum alliciant ad concupiscentias carnis,
adeo ut illi cogantur in errore vivere, qui vere effugerant. Equi-
dem nihil dubito spiritum dei, hic per os Petri non tantum vnum er-
rorem, non vnum scelus taxare, sed totam malorum lernam perstrin-
gere, quae sub specioso illo fuce latet. Videmus enim quod late pa-
teat vitae Ecclesiasticae institutum, quam multas sectas complectas-
tur, quae omnes ex aequo ad castitatem, non sine religione iurisiu-
randi obstrictae sunt. Cum tamen scriptura, adeoque etiam experien-
tia quotidiana doceat, castitatem perpetuam, esse donum subli-
me dei, supra naturae vires, quod etiam paucis sanctis & spiritua-
libus contingit. Ceterum Episcopi nostri hic caeci & insani ruunt, &
obligatione illa indiscriminatim, quosuis, haud secus, ac si res fa-
cillima & vndeuis obuia sit castitas, & sic magnificis illis virgi-
nitatis & status sui spiritualis (sic enim vocant) laudibus alliciunt
iuuentutem miseram, in sui caelibatus rethia, quae tum perpetuo
turpi libidine conspurcat sese. Hinc videmus eos, qui monaste-
riorum carceribus, ferreis seris & clathris praepediti, non possunt
habere copiam viri aut foemellae, sodomiticis sceleribus abomi-
nabilibus & foedius peccare, quam ausis eloqui, Ut maxime enim foris
contineant, intus tamen vruntur & libidine estuant, sic ut sit apud
eos, aut scortatio sub fuce vitae spiritualis & Ecclesiasticae, aut certe

coacta & tyrannice extorta castitas, & sunt sane ibi conscientiarum
pericula grauiora, calamitas ac miseria maior, q̄ verbis aut cogita-
tionibus, quisq̄ assequi possit. Et hoc taxat hic Petrus cum dicit,
inescant homines per cōcupiscentias carnis voluptatibus, ac si di-
ceret de nostris illis, multa quidē prædicant de spiritali & Eccle-
siastico statu, & miris laudibus castitatē vehunt, sed illis suis blan-
dimentis miseram iuuenturem, & oēs alios in mediā sentinam &
spurciciē libidinum seducunt, qui paulo ante per Baptismū vere
effugerant, vim scilicet peccati & Sathanæ, & in fide Christiana ac
Euangelio bene cæperant.

Hinc em̄ tam præcipites & cecī ruunt pleriq̄ in hæc vitæ ges-
nera, q̄ putēt Baptismū & ei⁹ vim per peccatū actualē amissum,
& nihil amplius in ipsis operari. Hinc & fidem, q̄ sola iustificat,
ceu rem inanem & futilē negligunt, & arripiunt genus vitæ sanc-
tius ac sincerius, ac (vt ipsis videtur) spiritalius & sublimi⁹, nem-
pe vt caste & cēlibes viuant, atq̄ hoc tum eis sine fide, sine spiritu
est impossibile, & sic præcipitantur in mediū hoc miseriæ & ifoes-
licitatis barathrū. Fieri quidē potest, vt Sathanas vno atq̄ altero
anno nonnunq̄ etiam decennio, tales sinat tranquillos (quamq̄
hoc ipsum contingat rarissime) Sed hi tamen tandē casti non pers-
euerant, nisi fidem & Christū discant, aut sublimius donū con-
sequantur. Homine em̄ incredulū tam certo constrictū laqueis li-
bidinum habet Sathanas, vt non opus sit insidiari, aut artibus ibi
Sathanicis vti. Quare & sic eum ludificatur, patiturq̄ aliquamdiu
viuere tranquille, adeo vt etiam ei castitas dulcescat, tamen plusq̄
cert⁹, hominem e suis laqueis, sine fide & spū, aut peculiari dono
dei non effugere posse, præsertim cum etiā ij satis habeāt negocij,
sudentq̄ hac parte satis, qui spirituales sunt, quiq̄ fide sua virili
& magnanima freti, semper vigilantes & erecti, cum illi assiduo
confligunt & colluctantur.

In summa, hoc tibi certū sit & indubitātū. Totam illā tam
magnifice laudatā castitatē & continentia Ecclesiasticorū, quorū
corda fide purificata & erecta non sunt (quēadmodū fere Sacerdo-
res ignari sunt Christi) nihil aliud esse q̄ hypocrisim merā & fuc-
cum Satanicū, quo alliciunt in summa pericula iuuenturem, cum
interim nihil bonę rei sub hac speciosa & fucata specie subsit, atq̄
vtinam nunc centū monasteria, redacta essent ad vnū, ex centum
Ecclesijs collegiatis relinqueretur vix vna aut altera, eaq̄ ipsa pro
schola Christianæ iuuentutis, non sic pro theatro ceremoniarū,
instituenta. Crede mihi tantus Apostolus non est in ventū locu-
tus. Proinde quod semp̄ dixi, hodie quoq̄ dico, procul procul
esto qui

esto qui potest, tanq̄ a peste, ab omni monachatu & clericatu,
ab omnibus monasterijs & templis, vbi non serio docetur scrip-
tura & fides, vbiq̄ non docetur Christus & spiritualia exer-
citia sunt, diu nō stuc̄. Fieri em̄ nequit, quin monasteria & Eccles-
iæ hæ cathedrales & collegiatæ, portæ sint inferi, nisi prædicetur
assiduo pureq̄ doceatur Euangelium, nisi regnet ibi & exerceatur
per Crucem & tentationes, semper spe erecta & viuacissima fide.
Fieri nequit quin corrupta, Hypocritica & Satanicafiatibi, & sint
omnia, quantumuis in speciẽ sancta appareat. Neq̄ est, vt hic cons-
ilij aut remedij locum speres. Iterum ergo atq̄ iterum te candide
moneo, iterumq̄ hortor ex animo, fuge fuge (vis milies dicam?)
Fuge monachor̄ & sacerdotũ vitam, quæ sic sine scriptura, sine
iussu, sine mandato, & verbo dei, per insaniam & vanitatẽ con-
silij humani eligitur & queritur.

Ad veram castitatẽ conseruandã, primũ opus est, viua, effi-
caci, robusta, probata, virili, exercitata, & bene forti fide, quæ spi-
ritum suapte quadã energia & efficacitã, suoapte impetu supra car-
nem euehat, desiderijs & cupiditatib. imperet, & carnis fluxus haud
secus atq̄ rapidissimus quidã ignis exiccet, sic vt homini hæc vita
sordescat, & ipse pene in naturã Angelicã abeat. Quemadmodũ
Esaias de Christo dicit. Et erit iustitia cingulum lumborum ei⁹ &
fides cinctoriũ renũ eius. Oportet vt fides renes cingat ac cohis-
beat, alias non est, vt vllis viribus humanis carnis flammã con-
ris frenare, illi vero insani ignariq̄ fidei prorsus & spiritus, impes-
titi plane rerũ spiritualiũ, conantur ijs rebus popuscula sua frigida
ieiunijs, vestibus, præculis stans monasterior̄ carceribus cõ-
sulere, haud secus atq̄ si quis rheno stramento aggere factõ conc-
tur impetu interdicerẽ, interim fonte eius & scaturigine nihil ob-
structa. Is forsan citius vicinas terras inundatione perdidit, quã
cursum fluij represserit. Sic illi relinquunt naturæ suos natiuos
fluxus, dum non docent cognitionẽ Christi & fidem, & tamen
esu piscium, & vestium delectu, & monasterior̄ carceribus, volũt
eam cohibere, ne erumpat in fluxus, cum carni sic alte sit insita vis
illa natua & genialis ille impetus propagandi sui generis, vt hu-
manis viribus erui aut euelli nequeat. Et sic castitatis eor̄ hæc est
præclara puritas, vt tantum coniuges non sint, libidinibus tamen
interim indulgeat, scortatores (vt modestissime dicam) omnium
pessimi.

Et sic verum est, quod Petrus Apostolus dicit, sua speciosa
hypocrisi & magnificis fucatae huius continentia castitatis laudi-
bus alliciunt vulgus, & plerosq̄ imperitos iuuenes, vt se putent

D

per hunc spirituales (sic enim vocant) statum & per opera, castos & sanctos futuros, deoq; gratissimum cultum exhibituros. Et hic est error ille longe omnium pessimus, in quo vivere coguntur, qui paulo ante ab omni errore, per Baptismum & fidem Christi liberati erant. Num igitur preclara & egregia laus est sacerdotum & monachorum omnium, quam Apostolus tantus eis tribuit? Vitam eorum nihil aliud esse, quam magnificos sonos verborum, sub quibus nihil boni lateat, sub qua foedissima spurcitas & scelera crassissima tegantur, qui Christianos a regia via fidei, a cognitione Christi, in perplexas & inextricabiles seducunt errorum Meandros. Si ego Episcopos, Sacerdotes & monachos nostros, eiusmodi depingerem coloribus, sexcenties proclamarer Haereticus, atq; hic plus milites intonerent matheologi (Theologi dictum oportuit) ad ignem ad ignem. Nec vero me clam est, quid hic obijciant. Inficiari (inquiunt) nequis, plures sanctos, utputa Augustinum, Divum Bernardum, Franciscum, hoc institutum vitae esse amplexos. Quid tum postea? an non videtis caeca animalia, Patres illos Bernardum, Augustinum, & id genus sanctos, non operibus, non istis ordinibus (ut vos putatis) sed cognitione Christi, sed fide salvatos esse, & haec externa exercitia non habuisse pro via aut causa salutis, sed pro exercitio dumtaxat externo, ad castigandam & refrenandam ferociam corporis.

Hoc ergo nunc satis sit, nos habere testimonia non obscura, summorum Apostolorum Petri & Pauli, qui nobis Papistas cum tota sua impia vita & doctrina depinxerunt, Nempe, quod sint filii maledictionis, & orbis monstra, terrae pondera, vitanda omnibus qui pietatem sectantur. Ceterum quid Christus ipse, quid Prophetae, Esaias, Hieremias, Ezechiel, & alij vehementissimis & plane tragicis affectibus, miraque libertate hac de re dicunt, interim differemus, dum Papa & Episcopi, cum toto suo satellitio contra veritatem hanc more suo frementes, sufflarint in has meas scintillas.

Porro si hic homines natura gloriae cupidi & adulationibus assueti querantur, se non pro dignitate tanquam Episcopos a me tractari, nemo valde impurabit mihi, quando quidem ipsi se non gerunt ut Episcopos decet, ego plus etiam eis tribuo, quam merentur, quod vocabulo tam sancto & veteri, nempe Episcopi nomine eos digner. Lupos enim & canes proditores & homicidas, exemplo Pauli Apostoli & Stephani Protomartyris in Actis. 7. eos appellari oportuit.

Episcopum enim decet in Biblia esse doctissimum, diu noctuque literis sacris incumbentem, qui ipse populum suum tum privatim,

num publice (vt Paulus in Actis. 20. commemorat) doceat & ad Christum erudiat. Qui pauperes & infirmos ipse inuisat, egenis subueniat. Nunc ipsi solum sunt fures & latrones, qui traditiones hominū & mercimonia Papistica defendentes, per fraudes & dolos aliena rapiunt, & infinitis artibus extorquent. Proinde haud secus atq; pastores ingenti clamore lupum fortuito visum prosequuntur, ego quoq; hic vsq; ad raucim clamabo, Lupi, lupi, lupi, sunt. Et aliquas eorū virtutes describam, quo oēs in vniuersum Christiani, tum presentes, tū posteri sint admoniti, Attemperabo tamen mihi adhuc a nominibus eorum & personis, neq; administrationē illam mundanam & dignitatem valde insectabor, sed quod ad conscientiarū captiuitatē attinet, potissimū perstringam, vt videant semel, dei dono ex tanto grege exortam ouem vnam, quę ceteris hactenus timentibus ausit dicere. Ecce sub his speciosis personis, sub hoc blando nomine, sub hoc pastorum vestitu, latent lupi.

Huius vero meæ libertatis habeo egregiū exemplū Apostolum Paulū, qui in Actis. 23. Sacerdotē summū Ananiam publice obiurgauit acerrime & dixit. Percutiet te deus paries dealbate, Tu sedes iudicans me secundū legem & contra legem iubes me percuti. Ibi appellat summū Sacerdotē parietem dealbatū, hoc est personam, quæ foris fuso quodam & purpurilla inani ferat quod non est, & cōminatur ei pœnam a deo, tractatq; eum parū reuerenter, haud secus atq; priuatus sit, non summus Pontifex. Cum aut quidam eum increpassent, q; male dixisset Principi populi, respondit ipse. Viri fratres nesciebam esse Pontificem.

Quid sibi hæc eius verba velint, facilis est cōiectura. Nam si veritus esset se in hoc peccasse, q; sic imprecatus esset ei ultionē a deo, haud dubie petisset supplicem in modum a summo Pontifice veniam, & probrū reuocasset, hoc vero neutiq; Paulus fecit. Neq; sic accipi potest hæc vox Pauli, quasi profusus ignorarit illū esse Pontificē, cui enī verisimile sit, eum publice ad tribunal productum & a nemine esse submonitum, ijs aut similibus verbis, En Paule susteris coram tribunali Pontificis? aut in eam sententiā, En Paule hic qui isthic sedet, summus est Pontifex, præsertim cum soleamus in negocijs tam publicis diligenter sciscitari & discere personas, in primis iudicum. Et vt maxime Paulus fuisset inscius, eū esse summū Pontificē, tū videbat sedere summo loco, & eo ipso intelligebat eū esse iudicē, q; iubebat Paulū cedi. Merito ergo debebat hic parcere potestati & præeminētię, quā ipsemet cōfiteatur.

D ij

Proinde verbum hoc Pauli necessario sic accipitur. Viri fratres, ignorabam illum esse Pontificem, ac si dixisset, debebat quidem esse Pontifex, at nihil in eo video, nihil in eo agnosco, quod sit Pontificium, debebat quidem Pontificem re ipsa prestare, at non prestat, in reum non conuictum palam in iuriis. Nam & sic exponit Augustinus ipse, Si nunc Apostolus Paulus sacerdotem, qui ex lege Mosi adeoque diuina constitutus erat, tam acriter & libere obiurgat, quid tamen ego vererer hos fucatos & pictos Episcopos, has orbis pestes perstringere, qui per tyrannidem Papae, fauores hominum & sanctum aurum, inuaserunt Episcopatus, sine mandato dei aut hominum?

PRIMA EPISCOPORVM DOS ET VIRTVS.

Primum passi sunt Episcopi nostri hodieque patiuntur, loco verbi dei, quod solum, solum, solum, in qua predicandum erat in Ecclesia, ebuccinari indulgentias Papisticas. Quod haec res sit non modo impia, sed & blasphemica & Sathanica, plenaque mortis & inferni, vel hinc satis apparet, quod sit contra primum dei preceptum, ubi mandauit, non debere praedicari aliud, praeter quam verbum dei, & sibi solidari in omnibus gloria, ut ipse sit Deus noster, Doctor, & Magister, Sicut dicit per Esaiam. Ego sum deus tuus, docens te utilia. Et Christus Matth. 15. Contra doctrinas hominum grauissime inuehitur.

Quamobrem, omnis doctrina humana nihil aliud est, quam Idolum & statua quaedam, quae posita loco viuentis & veri dei, homines ducat in interitum. At nunc nemo potest inficiari bullas & indulgentias non esse verbum dei, nihilque de his rebus contineri in scripturis. Tum & fateri cogimur, omnes hos locos scripture & infinitos alios, damnare omnem doctrinam, quae non est verbum dei. Ad haec deus ipse fert sententiam, talia omnia inutilia esse vana, idolatrica, quae sub poena indignationis diuinae vitanda sint.

Cum vero nostri delicati Episcopi, frontes habeant ferreas & ceruices aereas, ut in Prophetis dicitur, nolentes audire, non possunt unquam persuaderi, & pro suo furore, suo cursu, suo impetu feruntur, & cum ipsos pro asserendo contra doctrinas hominum verbo dei, vitam & sanguinem impendere oportuit, securi dormitant, & mollior curant cuticulam, animasque, quae se falso Pastores iactant, ignauissime negligunt. Ceterum pro sua lupina & canina rabie solum

cogitant, vt occidant & mactent, & super homines horrendam iram dei inducant, animas ad barathrum inferni pertrahant, tandemq; conscientias a verbo dei prorsus in mendacia & Sathanicos errores ac doctrinas hominū transuersas, auferant. Proinde eo attentius nobis hic aduigilandū & intendendū oculi, vt tam crudeles & cruētos lupos, sub gemmatis cornutisq; mitris delirescentes orbi ostendamus.

Hortor igitur in domino omnes Christianos, vt hic iram dei perpendant, quemadmodum ergo cum visibili Idolo acturi essetis, sic nunc quoq; cum Bullis Balaam istius Romani, & animum carnificis agite. Expendite his, q̄ gratam rem sitis facturi deo, si Idolis cōminutis & contractis, eius gloriosum nomē sanctificetis & ab Idolatriæ spurcitiē auferatis. Quare quicumq; hic, quicumq; inq̄ potest, hic fortiter irruat & Bullas has Idolatricas, laceret, cōminuat, cremet, extinguat, & bona consciētia ac fide sua fretus, abominaciones has cōtra verbū dei inductas, liberrime extirpet. Præciosissimus em̄ & sanctissimus cultus dei est, Idola demoliri & euertere, atq; cōterere frustillatū, id quod Moses in Deuteram crebro præcipit. Sic Gedeon comminuit Idolum Baal. Iudicum. 5. Rex Aza Idolum Priapi. 3. Reg. 5. Et omnes ij sunt a deo magnifice laudati, & vicissim cohonestati mira gratia. Haud dubie em̄ sculū hoc, est ætas nouissimorū temporū, quibus plus timendum est gregi a pastoribus q̄ a lupis.

SECUNDA VIRTUS EPISCOPORVM.

Christus dicit Matthei. 10. Gratis accepistis, gratis date. Cōtra hoc clarum Christi verbū, nostri lupi insani ruunt, & non solum patiuntur mendacia & doctrinas hominū prædicari, sed & fronte plane meretricia omnia sua, oratiōes, missas, Baptisma, ceroma sacra, consecratiōes templorū, questui habent. Cum tamen oīa dona spiritualia, gratis impartiri eos oportuit, sub p̄na mortis æternæ. Vt maxime nunc indulgentiæ essent alicuius momenti & bonæ, adhuc hoc ipsum bonū quibusuis obtrudere, offerre vltro & gratis ac liberaliter effundere deberēt, quemadmodū præcepit Christus. Quanto ergo sceleratius, quanto turpius nunc est, mera mendacia, meras imposturas, plus q̄ meretricios dolos, Christi fidelibus blasphemū in modū pecunia vendere. Nam & spiritus sanctus per Paulū opes Christianorū descripsit. Habentes (inquit) victum & vestitū, ijs contenti sumus. Quæso te nunc lector, num hic

D iij

Romanus Balaam, satis opū, satis possessionū, satis ditionū, satis
urbū & regnorū habet, vel in sola Italia, ut possit etiā quibusuis
potentissimis Regibus certare: ut interim taceam de turpissimis
nundinationibus & putidissimis lenocinijs, & pessimis illis & Sa-
ranicis artibus, quibus passim per orbem aurū & pecuniā corra-
dit, oīa auro metiens, oīa nūmis, interim cura pauperum, quam
solum Paulus in Galatis sibi commissam cōmemorat, quam & ad
Cor. 2. Episto. 8. & 9. Capite strenue exercet, fortiter possidit.

Sub hęc, vterq; Apostolus tum Petrus, tū etiā Paulus inter
ceteras virtutes veri Episcopi illam quoq; numerant. Oportere
Episcopum a turpi lucro esse alienū. Volunt ergo, ut Episcopus
res victuarias honestis & pijs modis sibi comparet, alijs in exem-
plum. Et Paulus ipse tantus Apostolus viuebat operibus ma-
num suarū, & non est dedignatus, tametsi maior esset, q̄ omnes
vnq̄ fuerit, aut sint Episcopi, exercere manuariū artificium inquam
cunq; urbem venisset. Hinc & Corinthi apud Priscam diuersa-
batur & Aquilā, quod eiusdē essent artificij, & opabatur apud eos.

Collationem nunc faciamus, est ne nostrorū presulū pre-
Apostoli puritate sordidissimus & plusq; meretricius questus, quo-
uis lupanari, quibusuis fornicibus putidior & fēdior: quādo pro
illis ridiculis quadraginta diebus (Quo certo numero indulgētia-
rum (scilicet ne nimis de tam preciosa temere profunderēt Ro-
manistę) palam riserūt nostros miratos asinos) aurū exigūt. Est ne
(in q̄) questus omnib; seculis turpissimus, quādo pro pallijs, pro
consecrationibus, breuiter, pro mendacijs & imposturis pecunia
postulatur, & quādo sudore pauperum lenones Romanistę, &
nostri scortatores Episcopi pascuntur. At hęc minima pars est
impiarū harū nūdinationū, Infinite em̄ artes sunt, turpissimi ques-
tus nostris Episcopis, de quibus alias latius differemus, si hac cle-
menti monitiōe offensi, mihi tam cādidē & satis aperte (opinor)
monēti, inciuiliter etiā irasci voluerint.

Hic vero non me clam est, quid obiciāt. Principi (inquiūt)
non satis est habere victū & vestitū, nisi suppetat, quo pro condi-
tione principali satellitū alar. Quid hoc loco Principes causentur
de statu Principali & Principū aulis, ipsi viderint. Apostolus non
loquitur de Principibus, sed de Episcopis, has vero principales Epis-
copos & Episcoparios Principes prorsus ignorat. Nostri quidē
delicatuli reuera Principes sunt, & tamen orbi imponūt, Episcopi
vocabulo & ceremoniarū ac chyrothecarū & infularū vanissimis
fucis. Ceterum ideo Paulus & Spūs dei, qui in ipso locutus est, sua
verba non mutabit, neq; attemperabit se ijs Principibus, sed istē
Principes cogentur se attemperare ad mentē Pauli & eius verba,

aut non Ep̄i, nō pastores, sed meræ puppæ meræq; larvæ erunt.
Non possum me hic cōtinere, tametsi non libeat valde nūc
hæc cōmemorati iocari, quin festiuā historiōlā recitem. Cōtin-
git semel talē quendā Ducalē Ep̄iscopū regia pompa & magni-
fico equitatu (ut fere solent supra mūdānos etiā Prīcipes, splēdide
ostentare sese) sic per vicinos agros aduentare cuiusdā Pagi, quē
cum forrefortuna cōspicaretur transequantē opilio q̄dam, relicto
grege accurrit & stupētib; oculis totus spectaculo intēus admis-
rabatur splēdorē & luxum, quē cum videret Ep̄iscopus ille. Age
(inquit) quid hic vides q̄ tā opere mireris? Tum ille ut erat rusti-
cus, simplici hoc v̄bo respōdebat. Miror (inquit) num S. Martin⁹
codē splēdore aut simili luxu vsus sit. Ad quē Ep̄iscopus, deliras
inquit planissime. Nam S. Martinus vix erat plebeus. Ego vero
natalib⁹ etiā Illustris sum Princeps. Tum opilio, Precor (inquit)
dñe, liceat ne mihi verbum loqui? Ad quod ille, licet (in q̄) roga
quod voles, Tum opilio, Quid inquit, Si Diabolus auferat Prin-
cipem: nūquid reliqui erit de Ep̄iscopo? Ad hæc verba confusus
bonus ille Ducalis Ep̄iscopus hominē reliquit. Sic Apostolus
Paulus præ illis Satrapis & Nimrod̄is simplex artifex erat, manuū
suarū opere viuens. Proinde pedes nōnunq̄ ibat, & passim prædis-
cabat Euangeliū, Apostolū præstare potuit, at eū in modū Regiū
& Principē Ep̄iscopū, tam tenuis homūcio præstare nō pomisset.
O irafuroris dei.

TERTIA VIRTUS.

Ferūt & patiūtur nri Ep̄iscopi, ut indulgētiās & Bullas Romanas
p̄ suos cōcionatores ebuccinēt, q̄b⁹ Roman⁹ Pō. ifex clemēter in-
dulget aliena bona, siue per rapinā, siue alijs non optimis modis
quæsitā, retinere, modo ip̄i & S. Romanę Eccl̄i. & indulgētiarū
questorib; aliq̄ pars det, scz ut ex ijs spolijs & ip̄i aliqd cōsequānt̄.
Equidē hic incertus sum mecū, q̄ potissimū utolo tāta auar-
itię portēra insigniā, & sane subdubito, nū Papā cū suis Ep̄is, hæc
sequētibus & pb̄atibus, stupidos asinos, an trūcos appellitē, an
vero demētatos amētes & prorsus furiosos hoies, qui tāta impu-
dēcia, tantaq; infania, tā fēdas & turpes iposturas non modo pa-
lam exercent, sed & p̄ Emissarios suos monachos vbiuis gētium
doceant. Deus em̄ præcepit, Non furaberis, huic præcepto hæc er-
bis monstra, hæc immanes beluę, mira ferocia, miraq; rabies se op-
ponunt, docentq; publice & dicūt, male quæsitā bona possidens
fuitus es, modo libenter velles restituere, si scires quibus essent
adempta, & modo Papæ indulgētiās redimas. Quæso te, quid
hoc tandem est aliud, q̄ si contra præceptum dicas? Nūq; furari
potes, & deus hoc verans mentitus est & insanit. En sic cogitur

deus ille & dominus maiestatis, ijs filiis maledictionis esse ludibrio,
quē & non obscure mendacij & stultitiæ arguunt, nam præceptū
eius, illę beluę palam in os ei blasphemant, & contra hoc, furta,
rapinas, deceptiones (quāuis fucum prætexere velint) reipta docēt.

Age vero Romane Papa age, dic tandē, vnde tibi id iuris
arrogas vt ausis dicere, bona male acquisita, aut partē male quęsti-
torum tuam esse? Deus qui oīa creauit, cuius est terra & plenitudo
eius, negat se accepturę oblationē de rapinis. Et tu oīm, qui post
homines natos orti sunt, tyranne longe crudelissime, palam blas-
phemus in maiestātē tantam, in vocem & mandatum dei viuī, in
præceptū tantū, effers teipsum supra deum, & arrogas tibi potestas-
tem maiorē, docesq; homines per tuas Satanicas Bullas dei man-
data conuellere, furtaq; rapinas & vsuras contra naturā & com-
munem sensum exercere. Sic in reprobā mentem, & pessundari
ac funditus eueri a deo oportuit eos, qui Euangelium damnant,
libros non visos neq; perlectos cremant, publicā fidem contra
Ius gentium violant, vt sic insani ac furiosi ruentes, frontibus suis
in deum impingant in Petram offendiculi, Christum ad Ro-
manos. 9. & deinde oīa verba & opera dei impugnent, eo que
insanię cęcitatiscq; extremę euadāt, vt p̄uaricationē legis dei pub-
lice doceant. O quā egregie, q̄ abunde & potenter extenta ma-
nu brachioq; excelsio Euangelij sui contemptum vltus est deus,
quanto cum fœnore & ceu thesauro iræ, hanc iniuriā retaliauit,
tam obstinata mente, tanta cęcitate, & tanta glacie cordis, eos per-
cutiens.

Hic iam efflagitaret res ipsa, & ipsa huius flagicij atrocitas,
non modo Bullas Papisticas, sed & ipsos postes, ipsas ianuas, q̄-
bus solenni ritu eas multis sigillis Cardinaliū munitas suspendere
solent, tum cremare, tum euertere, & in fauillas redactas perdere
funditus, quo tandē aliquis abominationum esset finis. Proinde
quisquis es Christiane lector, obtestor te per Christū, ne patiaris
te a tam feris & insanis beluis seduci, memineris deū tuū non so-
lum vetuisse opus, Non furaberis, sed & affectū cordis, Ne con-
cupiscas. Crede mihi ipse verbū suū non reuocabit, qui tum fieri
potest, vt vllus homo, aut vlla creatura, tibi liberū faciat, vt prox-
imi bona habeas aut possideas: dicit enim Esaias. Ego sum deus
amans iustitiā, & odi sacrificiū aut oblationē ex rapinis. Et quā-
uis illa sint palam Sathanica, adhuc docent nos illi lupi, non solū
de rapina sacrificare, sed rapinā possidere. Ecce quomō cum suis
blasphemijs & insanijs extremis inducunt super te iram dei & iu-
diciū inferni, & nihilo secius postulant se Episcopos & reuerēdos
in Christo

in Christo Patres, animarum pastores appellari, fuge, fuge, mi frater, lupi sunt.

Equidem quāuis miser homūcio, quoties intueor extremā illam cecitatem nostrorū Episcoporū, sepiissime sic cogito, prorsus tacendū esse, & relinquēdos eos iudicio dei, & prestare me quoq; silere. Nam subinde eiusmodi cogitationes obuersantur animo meo, desperata esse oīa, planeq; nullā spem esse reliquā, adeo per laruas illas oēs res bonæ in Ecclesia, non solum debilitatæ & corruptæ, sed & extinctæ & funditus euersæ sint, adeo totū mundum tam vasto errorū & abominationū diluuiō submersum, totū perdidit, ut vndiq; sane non obscura inditia sint, diem illam domini esse in foribus. Sed tamen cōtra quiescere me non finit neq; tacere, tot animarū tam miserabilis perditio, quas illæ laruæ tanta crudelitate, tanta tyrannide, nihil quā pecuniā querētes, occidūt, si qua forsan fiat, ut aliquas saltem e faucibus luporū eripiam. Si ergo male quæsitā bona habes mi frater, ne utiquā cogita te excusari posse, restitue ergo, nam dei verbū non mutabis, Pium quidē esset & bonū, si posses proximi consensu impetrare, quē fraudas ses, ut istibi remitteret. Nam quilibet obligatur proximo suo ad ignoscentiā, si forsan quid possideres bonorū proximi tui, quod cōmode & sine maiori periculo non posset ei restitui. At de hoc poteris in sermone de vsura & alijs locis plura legere.

Ex his nunc ipse conijcito, num valde opus sit, tum Papæ, tum nostris Episcopis pedagogo, qui eos doceat, haud secus atq; rudes puerulos, decem præcepta, ut discant tādē non esse furandum neq; concupiscendā rem proximi, multo minus alios esse docendos, ut furta, rapinas, & vsuras exerceant. Nam nisi Bullas Papæ tam furiosas ipsi contēnant, Episcopi quidē sunt, sed non Christianorū. Quid ergo? Episcopi sunt furū, raptorū & vsurariosum, duces inq; & antesignani & autores vnici flagitiorū & sceleorum, ut agnoscere licet ex ijs q̄ diximus. Miraculū autē est diuinæ iræ & indignationis super nos iam olim irritatæ, hæc, quæ vsq; adeo cū sensu cōmuni & cæco etiā illo lumine rationis pugnant, vlli homini persuaderi potuisse. Portenti & prodigij simile est tā manifestaria furta, rapinas, blasphemias Romanistarū tam diu latere potuisse, Et plane non crederet quisquā vllos hominēs apud Scytas, tam agrestes, tam stupidos esse, qui tam crassas imposturas tulissent, nisi experiētia cogeret fateri, eū stuporem fuisse in nobis metipsis, qui iam viuimus, Nam quis Scyta hoc probabit, male quæsitā bona per dispensationē aut Bullas Papæ possideri posse. Sues & asini, saxa & trūci vix tam stupidi sunt, ut nos

E

potissimum miseri Germani sub Papa facti sumus,

Atq; hic fat scio, quid contra afferri solcant. Papa inquit summus Pontifex est, & caput Christianæ Vniuersitatis, ad ipm pertinet de bonis malæ quæsitis, de quor; domin⁹ subdubiarur, dispensare. Hic respondeo, quæso, vbi hoc est in scripturis: vbi nam est scriptum: An forte Romæ apud Sanctum Petrum in camino quopiam, vt vulgo dicitur: scilicet, egregium mendacium. Cur igitur non quilibet ipse per sese de bonis suis vndecunq; quæsitis, iuxta suam conscientiam disponderet: quid opus habet alio dispensatore, præsertim tam tyrannico, vt est Papa: Nihil aliud ergo, quam crassum & impudentissimū mendacium est, in hoc confectū se, vt Papa fieret generale caput furū, raptorum, vsurarioꝝ, & sic per om̄s omniū furum & raptor; manus, plus furaretur & raperet, quam oēs fures sub cœlo, & sic primatum teneret inter totius orbis nobilissimos fures, raptores, aut quosuis alios eius farine nebulones.

Si esset summus in Ecclesia, debuisset exemplo Apostolor; etiā honestar; facultatū & rerum administrationē cōmittere alijs, & oracioni & Euangelio incumbere, & dicere cū Apostolis, non est bonū, nos relicto ministerio verbi, ministrare mensis. Actū quinto. Nunc ipse contra arrogat sibi & sumit curam, vt administret infame bonor; gen⁹, furta, rapinas, & tales pias & sanctas (si superis placet) facultates. Quæso te, num est præclarus Vicarius Christi, & insignis successor (sic em̄ se vocat) Apostolor; Quin facit se eodem iure generalem œconomū omniū rerum, quæ vsq; possident Christiani & administrat eas: quandoquidē semel ex hoc primatu sibi Ius hoc sumpsit, vt nos alij oēs in ocio viuamus, & Pater Sanctissimus nos & nostra curet atq; dispense. Oh saxis & lignis eiusmodi fieri oportuit, nō hominibus, vt interim taceam, hæc fieri Christianis.

Q V A R T A V I R T V S.

In omnibus Bullis indulgētiar; promittit plenam remissionem peccator; omnibus vere confessis & contritis. Hoc est virus illud atrocissimū & venenū pessimi erroris, quod ex hoc fonte error; & humanar; traditionū Papa vnquā fluxit. Christus Mathei. 9. non dixit paralytico, impone pecuniam in cistam, tum remittentur tibi peccata. Sed dicit, cōfide fili, dimitte tur tibi peccata tua, Ab illa simplicitate & puritate fidei, & firma fiducia in gratiam & promissiones dei, quæ sola iustificat, quæ sola

impetrat remissionē peccatorū, vt Apostolus per totā ad Roma-
tractat, hī lupi & abominabiles Laruæ auellunt populū, & seduz-
cunt in fiduciam Bullarū Papæ & ceræ mortuæ, & præscriptas illas
quantitates pecunię, adeo vt simplicia corda non in gratiā & mi-
sericordiā dei promissam, sed in sua opera & satisfactiones confi-
dere discant. Atrocius & abominabili⁹ est hoc inuentū Sathanę,
sic Bullas magnificātis, q̄ verbis aut cogitationib⁹ assequi possis.
Nam primū & summū præceptum dei hic damnatur & exting-
uitur, quo iubemur soli misericordiæ & gratiæ, breuiter, soli deo
fidere. Tum ipsi docent nos in papyrū & cæram, in sua parasiti-
ca & lenonica mendaciā confidere, & conscientias ædificare.

Et haud dubie nostri delicati Episcopi, si quid pectoris ha-
berent Christiani, ipsi hanc fidem (inquam) quam pene singulis
syllabis Paulus ingerit, docturi & prædicaturi essent, laturi etiā &
hortaturi, vt vndiq; prædicaretur. Nunc quando rudes, stupide,
indoctę, Papisticę Laruę sunt, quæ haud secus atq; ipsarū creator
Papa in hoc create sunt, vt veritatē dei persequantur & oppugnēt,
certe (vt rumpantur) expugnaturi nunq̄, decet eos decorū suum ser-
uare, vt sicut personati & hypocritæ sunt, ita etiā fucos, fumos,
Laruas, ampullas, Bullas, breuiter, meras insanias solam ob rem
prædicari patiuntur.

Iterum hic rogo Christianos lectores per Christū, ne quis-
quā hic in me tam iusto dolore prouocato modestiam desideret.
Merito em̄ ex animo & corde dolemus Christiani, qui quotidie
videre & sustinere cogimur, tam impudentē, tam manifestam &
furiosam in deum blasphemā. Nam vel ob hoc vnum digni es-
sent Episcopi, qui longe acriore aceto a me perfunderentur. Om-
nia em̄, quæ ego quāuis concitata, q̄uis libera & vehementia di-
cere aut vociferari possum, adhuc parę sunt, vt vix millesimam
partem assequar immensę insanię, Paulus Apostolus audacter, tū
semetipsum, tum etiā Angelos de cælo clamat, si (ne dixerim
contra) sed præter q̄ quod sit purę Euangeliū docuerint, quid ergo
hic facturū erat his prodigiosis Papæ creaturis & portētosis Hy-
pocritis, qui non modo præter Euangeliū, sed & plus q̄ fanatico
furore & audacia plus q̄ Sathanica, palam contra Euangeliū dos-
cent. Nemo aut̄ contra statum Ecclesiasticū & veris Episcopos, vt
bonos pastores, dictū putet, quicquid cōtra hos tyrānos dicitur.
Nemo putet contra Capita & maiores Ecclesię Christianę dictum
aut factū, quod cōtra hęc ignaua & somnolenta ventris animalia
fit aut dicitur. Neq; enim sunt Episcopi, sed plane idola &
mutæ statuæ, inertes puppæ, laruæ, trunci, vmbrae, personæ

E h

comice, qui ne vocabulum quidem, quod Episcopus significet, norint, nedum quid munus aut officium sit Episcopi, Vis vno verbo dicam, qui sunt? Lupi, tyranni, proditores, homicidæ, monstra orbis, terræ pondera, Apostoli Antichristi sunt, ad perdendum orbem & extinguendum Euangeliū sculpti & facti.

Et vt semel effundam quod sentio, En preconē hic agam, tum notum sit omnibus, Episcopos qui iam super multas vrbes in amplissima ditione exercent tyrannidem, non esse Episcopos ex ordinatione dei, sed ex errore & seductione Sathanæ, & traditionibus hominū, quare & proculdubio sunt nunciū & Vicariū Sathanæ. Hoc nisi ostēdero testimonijs tam manifestis, vt hostes cogantur fateri hanc veritatem, vt vel ipsi, si modo mediocriter resipiscant, non possint inficiari, tum sane sint Episcopi, tum sane videar in ipsos iniurius. Primū scribit Paulus ad Titum, vt opus datum constituat presbyteros. Hic opinor neminē negare posse, Episcopi & presbyteri vocabulo significari rem vnicam apud Apostolum, quandoquidē præcipit Tito, vt per singulas vrbes constituat presbyteros, Et quia Episcopū oportet esse irreprehensibilem, ideo illum presbyterū appellat. Clarum igitur est, quid Paulus per Episcopi vocabulū significet, nempe, virū insigniter, bonum & integrū, iustæ ætatis, qui vxorem habeat pudicam, liberos in timore domini subditos. Vultq; vt is præsit congregationi in ministerio verbi & administratione sacramentorū. Quare & necessariū est, illum esse doctum & in scripturis exercitatū, & quod ad vitam attinet, irreprehensibilē. Quæro te num quisq; est hic tam saxeus, qui hæc verba Apostoli, si sequentia & præcedentia expendat, negare aut alio torq;re possit?

Præterea & hic vnū rogare libet. Num Pauli verbū sit verbum dei? num Apostoli ordinatio sit ordinatio dei? Certus, n. sum, neq; Papam neq; Sathanā ipsū (quāq; vterq; sedulo certet & pugnet ad extinguendū verbum dei) hoc inficiari audere Pauli verbū esse verbum dei, & Pauli ordinationem esse institutū & ordinationem spiritus dei. Quāuis, n. Sathanam vrat verbum dei, tamen non audet negare, sed solum his technis vtitur, & Sathanicis artib. vt sub fuco verbi dei & Hypocrisi omnia fatiat, & moliatur contra verbū. Si igitur verbū dei & ordinatio est spiritus sancti, quicquid Paulus dicit aut statuit, iū consequitur, quicquid fit contra verbū & ordinationem eius, idem fieri contra deū & ordinationem spiritus sancti. Si vero contra deū est & spiritū eius, haud dubie ex Sathana est. Num hoc posset esse clarius? nū cui dētius? an est adhuc de quo quisquā possit ambigere? nā qui

deus sit aut pugnet contra seipsum, cum Christus dicat, ne Sathanam quidem esse contra seipsum.

Secundo cōsequitur. Omnes Christianos astrictos esse sub pœna indignationis diuinę & æternę mortis, vt verbum & instituta dei, quę Paulus docet, tueantur atq; defendant. E cōtra ordinationem Sathanę, quę huic sic repugnat, conuellant, deuastent, euertant, extinguant funditus, atq; huc impendant (si res poscat) tum bona, tum amicos, tum vitam, etiã & sanguinem, aut si extinguere non possint, saltem fugiant, & deuitent, tanq; abominationem, & Sathanam ipsum, Hoc vtiq; clarum & inconfesso est. Nam pro tuendo verbo dei relinquenda sunt omnia, vt fiat voluntas eius in cœlo & in terra, Et Sathanę errores extirpandi sunt pro viribus ante omnia. Huc, Huc, nunc attendite vos Episcopi, imo Episcoporum vmbra. D. Lutherus ille a vobis verbis toties damnatus, Bullam & Edictum vobis leget, nō valde vestris auribus teneris placituram.

LUTHERI BULLA ET REFORMATIO.

Omnes quicumq; eo, rem, honorem, sanguinē, vitam, impendunt, vt hi Episcopatus pompatici & aulici, tam remoti & alieni ab omni functione Apostolica, præsertim ministerio verbi, totumq; hoc Sathanicum regnum euertatur & extinguat, aut si re ipsa extinguere non eis licet, contra clamant, damnant, & tanq; abominationem vitant, Hi sunt filij dei & veri Christiani, pugnantes, & decertantes, fidem Euāgelij adiuuantes, contra portas inferi, Contra q; regno Episcoporum, tam impio, tam Tyrannico & Sathanico phalarismo fauent, & ei libēter obediūt ac subditi sunt, hi Sathanę ministri sunt, contra verbū leges & sanctiones dei, hostiliter pugnantes.

Hanc sententiam mei imo tribunalis Dei, efficacibus Argumentis probo in hunc modum.

Apostolus Paulus præcipit Tito, vt in singulis vrbibus constituat Episcopum, qui sit vnus vxoris coniunx, vir integer & irreprehensibilis &c. Hoc est verbum, hæc est voluntas & sententia dei, Contra hanc nunc pugnant & agunt hæc monstra, quę ex omnib; vrbib; veros Episcopos sustulerūt, & loco Episco-

E ij

porum officinas frigidissimarum ceremoniarum, monasteria, & collegiata templa constituerunt, & seipsos, ut multarum urbium, adeoque multarum provinciarum Episcopi sic fierent, surrogarunt. Nunc in concussa & immota a portis inferi, perstat sententia Pauli, imo ut murus ahenus perstant hic verba Spiritus sancti clare dicentis. In singulis urbibus oportere constitui singulos Episcopos, atque hunc erunt inter sese equales & parae potestatis. Nam Paulus clare dicit de singulis urbibus, & dat cuilibet Episcopo in sua urbe plenam potestatem. Agite ergo nunc vos personarum & orbis ignava monstra. Quin hic surgitis? quin hic erecti & viuidi vos opponitis? quin erumpitis simul omnes? Hic res est vobis non mecum, sed cum Apostolo Paulo. Hic vos resistitis (ut cum Stephano loquar) non mihi, sed Spiritui sancto, qui & vicissim & potenter resistit vobis. Agite, quid ibi nunc? quid tandem diceris? Num obmutescetis hic omnes? En vestra prolata est in vos sententia, rem indicatam habetis. Nempe, quod omnibus Christianis incumbit, ut vos & regnum vestrum, quod ad extinguendum Euangelion exercetis, vicissim destruant, eradicent, & perdant. Audistis eos, qui vobis fauent in indignatione esse dei, qui vos euertunt, hos esse in gratia dei.

Hanc vero destructionem & deuastationem regni Episcoporum nullo pacto sic accipi volo, quasi manu aut gladio, aut vi, & irruptione fieri debeat. Nam hac vastatione hominum, nihil in re tanta, sed negotio dei, promouerimus. Sed ut Daniel, s. praedixit, Sine manu conterendum est Antichristi regnum, & futurum est, ut nemo non per verbum dei contra loquatur & praediceat, donec sua sponse confundatur homo ille peccati, deseratur ab omnibus & extinctus concidat. Haec est deuastatio vere Christiana, cui impendenda sunt omnia.

Sed hic dabo vobis (ne putetis me prorsus infensum vobis) consilium (si agnoscat) satis candidum. Expedi vobis hic conducere quouis sumptu, etiam ut estis auri & pecuniarum Episcopi, egregium aliquem mentiendi artificem, qui sic libellum conscribat lepidum, quemadmodum ille Dresdensis asinus quasi miseris illis chartulis orbem mutaturus etiam edidit. Nam si verbum Petri, quo de omnibus Christianis loquitur. Vos estis Regale Sacerdotium & sacerdotale regnum, eo potest torqueri, ut significet unctos & rasos Sacerdotes, quasi velit Petrus, omnes Christianos tales unctos delibutos & tonsos

Sacerdotes esse, quid prohibet, verbum Pauli eodem artificio (modo adsit artifex ille mendacis & impudentia non inferior) obtorto collo eo pertrahere, quasi de duplicis Episcopis intelligendum sit: sic vt Spirituales Episcopi iuxta illam expositionem sint omnes concionatores verbi dei in vrbibus & pagis, etiam si neq; pallium, neq; togam, a Romanistis lenonibus emant. Corporales vero Episcopi sitis vos, qui mitras deferentes cornutas in capite, sub vestitu Aaronico meros Nerones, merosq; Caligulas re ipsa agitis, caballis inequitantes bene pastis & nitentibus mulis, ac deinde solis annulis & chirothecis & argenteo pedo (si superis placet) prestatis Episcopos.

Si vero Paulus hoc glossema tā Sanctorū Patrum, scz parū reuerēcialis, ferre nollet, feriēd⁹ esset mucrone illo spiritali excōmunicādus & indignatione saltē Petri (cum ipse hic sit reus) iuxta stilum Romanarū Bullarū, interim terrēdus, aut certe impacto colapho cohonestandus esset, quemadmodum Ananias Pontifex ei fecit. Cur enim non pateretur doceri se vnus, a tot Parribus sanctis: cur non ipsi plane ex autoritate adducto supercilio, silentio facto dicerent, Heus Paule, patere te admoneri. Ciuitatis vocabulum significat ibi ex determinatione Romanæ Ecclesię & nostra, totam ditionem. Nam si Papæ liberum est mutare germanū sensum scripture, quē verba & argumēta vrgent, quid ni in manu quoq; ipsi esset, pro sua libidine mutare & inuerrere & verba & vocabula. Nomina em̄ (vt eorum vtar paradoxo) significant ad placitum. Proinde simul atq; tali alicui tam potenti & mitrato ac galurato Papistę collibuerit, aut inter pocula etiam in mētem venerit, cogentur scilicet latinæ simul & græcæ literæ, & voces abire in aliam naturam, vt etiam si eis impendio libeat, de cetero, hort⁹ significet urbem, stella stabulum, & asinus hominem.

Quod si hic mihi aliquis obiiciat prudentulus, haftenus infectatus es Papam, nunc damnas Episcopos, quid ergo? tu ne solus confundes & sursum ac deorsum miscebis omnia? Hic (inquam) quisquis hæc cogitas, ipse sane disceptator iudex & arbiter esto. Cedo iudicem te ipsum appello, affectibus sepositis, ser ipse sententiam. Nunquid iure hic respondere Episcopis hoc possum, secundo Regum tertio, quod Helias Achab regi respondit, non ego conturbo Israel, sed vos. &c. Discerne inquam & iudicato ipse, Vri hic in culpa sint, & num ego inuertam

omnia (vt queruntur) qui doceo verbū dei, clarā ordinationē & sanctionem spiritus sancti, an vero ipsi, qui suā ordinationem docentes, dei instituta extinguūt, dic vtrum est tollerabilius, vtrū minus iniquū, vt ipsi ordinationem dei inuertant, an vt ego ipsorum Satanicos furores & ordinationes erroneas, & humanas prosternam & eueriam. Noli respicere hic quid ego faciam, sed res ipsas quibus potissimū nitor, quę per sese hoc agunt, nempe verbum dei & scripturas considera, Non respiciendum est cōcionatori, quales hi sint, quā magni, quā potentes, contra quos prædicatur, aut quid ex suis contionibus consequi possit, sed hoc solum, solū vnice curandum, vt prædicet purū verbum dei, hoc enim nō est diluendum, aut ad humanas affectus attemperandū, quęcumque tandem euenire possunt, aut secundum hominē timeri, Hoc (iniquā) pure prædicandū est, etiamsi non modo Episcopi, sed omnes angeli de cœlo resisterent.

Quod si hic iterū obijcias, Nimis magnos, sublimes, Sapientes, & doctos esse secundum mundū, cōtra quos hic scribo. Respondeo, Petrus, Paulus, & Prophete omnes prædixerūt, non venturū atrocius malū super terrā, quā Antichristi & nouissimorum temporū, num putas hęc tam sublimia verba spiritus de arborū folijs dicta? Verbum dei, vt apparet in Prophetis, semp loquitur cōtra Regna, contra populos, de rebus magnis, cōtra capita in populis, cōtra gentes multas & magnas, Quocūque respicias modis omnib. magna & stupenda sunt, de quibus loquitur deus. Quanto igitur verisimilius est, magnos, splendidos, claros, secundum carnem, prudentissimos homines futuros, qui hoc nouissimorum temporum extremū & ab omnibus Prophetis prædicaturi malū patrabunt, præsertim, cum Scriptura tam horrenda de his temporibus cōmemoret, Nempe, non saluandā omnem carnem nisi abbrevientur dies hi, Et alibi, Filiū hominis cum venerit vix fidem inuenturum super terram. Item seducendos etiā, si fieri posset electos. Obtestor te Christiane lector, obtestor te per Christum.

Perpende, trutinā hęc vba, neque em sunt verba græcę compositionis aut animi humani commenta, sed æternę maiestatis. Nam si pressius hęc fueris cōtemplatus, inuenies magnos, potentes homines futuros, potens regnum futurum, quod hoc vltimū grande & atrocissimum scelus designabit, quemadmodū Papa, Episcopi, & id genus proceres reuera sunt. In summa, quid tandem refert, quā magni, quā sublimes & docti sint, quā doctius clarius est, eos omnes & doctrinam eorū contra deum esse? Num deus maior

deus maior & sublimior est quā omnes creature: Rex Turcarum etiam magnus est dñs multarū prouinciarū, & maior etiam q̄ sit vllus ex illis, & tamē cōtra deū est & hostis dei.

Porro hic iterū addiuinabo, quid obiecturi sint. Eia inquit tamen sepe multi sancti non vnius vr̄bis tantum Episcopi, sed multarū etiā vr̄biū fuerunt. Respondeo. Quotquot vere sancti fuerunt Episcopi & uocati pastores uocatione dei, hi vt plerūq; vnius duntaxat vr̄bis Episcopi fuerunt, vt Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Hirenus, & hi apostolicā traditionem obseruarunt. Inuenitur quidē apud historicos quosdam fuisse, qualis sanctus Bonifacius, qualis & Titus Paulo fuit, qui constituerint pro suo iudicio Episcopos alios per vr̄bes, quēadmodū Titus fecit, at ideo ipsi protinus non fuerint pluriū vr̄bium Ep̄i. Et vt maxime eiusmodi quid in sanctis posset ostendi, num sanctorū exempla præiudicabunt verbo dei? Num deus est maior omnib. sanctis? Quoties cōperimus sanctos errasse & peccasse? Deus seruauit Daniele in lacu leonum, & Ananiam, Asariam, Misaelem in fornace Babylonis, num dñi manus abbreviata ē? Nō dubiū id ē, quin possit electos suos, si qua (vt Christus prædixit) contingeret eos seduci, conseruare etiā eos in medio ordinationū & traditionū humanarū & errorum Sathane. Nō est in vllō exemplo, facto aut verbo sanctorū confidendū, sed in solo verbo dei niti & fundari oportet cōscientias, qui solus ille est (vt inquit Paulus) qui mentiri nescit.

Sed præterea Paulum de hac diuina ordinatione audiamus. Nam in eum modū Lucas in Actis xx. de illo scribit. A Mileto aut missis Ephesum nuncijs accersuit presbyteros Ecclesie, qui cum peruenissent ad ipsum, dixit eis, Attendite vob. & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos ad regendā Ecclesiam dei, quā acquisiuit sanguine suo.

Age hic quid est rei noue? Num delirat Paulus? Ephesus solū vna vr̄bs erat, & Paulus omnes presbyteros seu seniores cōmuni nomēclatura vocat palam Episcopos, Sed Paulus forsā papistarū libellos & apologias illas misere consutas, & Decretales sacrosanctas, nō legit, Qui nā alias ausus fuisset, vni vr̄bi plures præficere Ep̄os, & omnes presbyteros vnius vr̄bis appellare Episcopos, cū non fuerint omnes principes, neq; satellitiū, neq; caballos aluerint, sed vix plebei quidam & infimę sortis homines? Nam ignorauit forsā Paulus (quod nō seculo inoleuit) neminē vere magnū Episcopū esse posse, qui non centū equos (vt ille inquit) alat in presepib. altis, cuius domus nō regali splē-

F

diſſa luxu perſtrepat, qui non Regis titulis dominationū præfulgeat. Id em̄ ſolum ſæculo noſtro ſatis, vt Equites & Principes, quam aiſidiorę, quamuis nonnunq̄ ipſi quoq; toto animo abhorretes, per parentum & conſanguineorę commendationes & nonnunq̄ munera, ſubito ſiant Episcopī.

At citra iocum. Vides palam Apoſtolum Paulum ſolum eos Episcopos vocare, qui populo prædicat Euangelium, & adminiſtrant ſacramenta, vt noſtra ætate ſunt parochi & conſcionatores. Proinde eos tamenſi minimis pagis aut villis prædicat Euāgelium, & fideles miniſtri verbi ſunt, haud dubie credo iure poſſidere titulum & nomē Episcopī. Cōtra fortes illi Equites & tyranni Episcopī, de Episcopali officio nihil habent, præterquam nudos illos plauſibiles titulos & ſcenicū quendā, veſtium, haud ſecus atq; in pariete picti illi Episcopī, formam quidē habent Episcoporę, ceterum vita & voce carent.

Tales enim mortui & inertes trunci & caudices per omnia ſunt noſtri Episcopī, quamq̄ tum quidē nimiū valent, cum in veros paſtores, qui urbibus in miniſterio verbi ſedulo præſunt, ſequuntur matrimonia ſancta pluſq̄ Satanica tyrannide eis prohibent, ad ſcortationes publico Eccleſię ſcandalo conſentiunt, Euāgelium blaſphemant, verbū dei extinguunt, & in miſerum populum ſub fūco pietatis pperuū Phalarismū & Neronismū incredibili inſania exercent.

Quare & videmus in aulis illis Episcoporę, quemadmodum in fonte omniū ſclerū curia Romana, ne micā quidē, ne minimā quidē vmbra inueniri Chriſtianorę morę, omnes vrbes Sacerdotū, & præſertim nobiles illas Sacerdotū ſedes, nihil eſſe q̄ gymnasia ſcortationū & libidinū, & officinas viciorū, adeo vt præ illis Episcopalibus lupanariis, ſæculariū Principū aule poſſint monaſteria & ſanctæ pietatis ſcholæ videri, adeo vt Sodomia & Gomorra poſſint præ illis portentis frugi & ſobriæ vrbes videri. Neq; em̄ ex illorę aulis Euangelium aut alia pia doctrina prodiit, ſed meræ citationes, excomunications, reagguaationes, interdicta, citationes (inquā) vere peremptorie, & bonorę & animarę. Quales em̄ Episcopī ſunt, talis etiā eſt doctrina, Vt maxime aſinum leonti induas, tamen aſinus manet. Et ſimia manet ſimia, etiā ſi purpura induas.

Præterea ſcribit Paulus ad Philippenſes. Paul⁹ ac Timotheus, ſeruus Iheſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Iheſu, qui ſunt Philippi vna cum Episcopis ac Diaconis. &c. Ecce Philippi etiā erat vna dumtaxat vrbs, & ſalutat Paulus oēs credentes vna cum Episcopis, n̄ ſunt haud dubie præſbyteri,

quemadmodū in omnib. reliquis vrbib. solebat cōstituere. Hic
nunc est tercius locus Pauli, quo videmus, quid deus & Spiritus
sanctus cōstituerit, Nempe, solū eos Episcopos, reuera & iure ap-
pellari, qui populi curā gerāt in ministerio verbi, cura pauperū,
administratione sacramentorū, vt sunt nostro sæculō Christiani
parochi, si præ Equitib. illis mitratis, præ tyrannidē illorū tyrāno-
rum Episcoporū, & robustis Nimrodīs possent. Hoc autem esse
muneris Episcopalis, indicat etiā vocabulū ipsum, cum deriuetur
ab Epi & scopin, est attendere seu superintendere, aduigilare,
custodem agere super populū, quē admodū vigiles excubias su-
per muros vrbis, & pastores super gregem agunt. Et Episcopus
græcè, propriè significat germanicè, cyn hutter, auffseher. Et Hes-
braice visitatorē, hoc est, cum, qui homines inuisat domi, cōdi-
tionem eorū in hoc & vitæ statū inuestiget. paratus ex quo oēs
iuuare & consolari. Sic Christus dicit Mathei. 19. Eo quod non
cognoueris tempus visitationis tuę, quod nos dicemus Episco-
patus tui. Sed nostri trūci eius muneris Episcopalis nouū quod-
dam & se dignū specimem inuenerunt, scilicet, vt de aurata sella
sublimes, purpura vestiti, puluino suffulti, sedcant omnib. deli-
ciosis Regijs, omniq; mollitię affluentes, interim homines suę di-
tionis, officialib. hominib. (vt plerūq; atheis & impijs) de glus-
bendos, excarnificandos propinent, qui tum ad sancta illa sua
consistoria. i. lupanaria Satanica, longissime etiā dissitos, non si-
ne dispendio rerum & animarū, suis edictis pertrahāt pro sua li-
bidine, nihil non exerceant extrema tyrannidis. O Laruas, o
monstra, o conscientiarū carnifices. O tribunalia Sodomæ &
Gomorræ, ignibus & illo horrendo sulphure digna.

Cum igitur nūc ex his trib. locis Apostoli perspicuū sit, eos
Epōs, qui adeo alieni sunt a ministerio vbi, non solū esse Laruas
& mutos truncos, sed populū maledictionis corā deo, nēpe, qui
sele cōtra dei statuta efferarit ad extinguēdū Euāgeliū, & ad per-
dēdas animas exalter, tum cuiuslibet Christiano id incūbit, eo vi-
tam & sanguinē impendere, vt eorū tyrānis, eorumq; traditiones
humane sic cōtemptę tandē finē habeāt. Incūbit (inquā) cuius
Christiano, vt fortiter & magna fiducia conetur cōtra facere oīa,
quę sint aduersaria eorū traditionib. haud secus atq; cōtra Satanā
ipm. Deinde vt eorū obediētiā, qua traditiones suas posthabito
vbo dei magnifere postulāt, pedib. cōculcet, tanq; Satanā ipm.

Oēs igitur (si modo nos miseret, tot semel pereuntū ani-
marum, si verbo dei serio afficimur) huc ac niti summo studio,
summaq; cōtentione huc incumbere debemus, vt iterum iuxta

F ij

institutum Apostoli, passim in urbibus constituantur, rursus veteri Episcopi & pastores, qui viri sint synceri & integri, in sacris literis & rebus spiritualibus eruditi, qui uxores habeant pudicas, liberos subditos, ut Apostolus inquit, in timore domini. Quare obrem, cum pastores & parochi passim in urbibus, qui nunc sunt, haftenus Satanæ magis obedierunt quam deo, obstringentes se contra scripturam impio huic voto cœlibatus (si quid est in nobis Christiani peccatoris) dare operam debemus, ut illa vota, tanquam per errorem cum Satana & ipsis inferi portis inita, illi intrepide & fortiter, in contemptum Sathanæ & humanarum traditionum, reuocent, uxores ducant, & potius, iuxta Pauli institutum, coram deo pro marito esse malint, quam in obsequium lenonum Romanistarum adulteri & scortatores. Tempus enim ipsum nunc in tanta reuelatione Euangelij efflagitat, ut tandem sacrosancta ordinatio spiritus dei (quæ non potest non esse optima) contra prophanas & abhominabiles illas traditiones hominum, rursus erigatur & instauretur.

En hoc est edictum meum D. Lutheri, contra Bullas illas ampullosas Satanæ, & Satanicorum Romanistarum. Neque vero me audiunt, sed deum & spiritum dei, quicumque hoc audiunt. Proinde, & vitam æternam reuera eis promittere possum & gratiam dei, quicumque obseruant illud.

Ne autem solius Pauli hæc ordinatio sit (Dicuntur enim Dechanus & Canonici Magdeburgenses, blasphemum in modum huic Concionatori, quem propter Euangelium expulerunt, in os dixisse. Quid Paulus? Paulus? Papa plus accepit potestatis a Christo, quam Paulus.) Tum in gratiam tam suauium hominum & egregie Satanicorum Sacerdotum, quid Petrus & Christus ipse hac de re dicant, videamus. 1. Petri. 5. Presbyteros (inquit) qui inter vos sunt obsecro, qui sum & ipse compresbyter & testis afflictionum Christi, atque idem consors gloriæ quæ reuelabitur, pascite quantum in vobis est, gregem Christi, curam illius agentes non coacte, sed volentes, non turpiter affectantes lucrum, sed pensato animo, neque ceu domini exercetes in hereditatibus, sed ut sitis ipsi exemplaria gregis. Et cum apparuerit ille pastorum Princeps, reportabitis in marcescibilem gloriæ coronam.

Hic vides, quod Petrus haud aliter atque Paulus presbyteri & Episcopi vocabulo, pro eadem re vitur. Nempe, ut sint Episcopi, qui populum doceant & verbum dei prædicent, facitque omnes pariter potestatis, & prohibet, ne se tales gerant, quasi sint domini, aut in suos dominantur. Vocat se (ut sic loquar) compresbyter.

rum, palam ijs verbis vrgens, Oēs parochos & vrbium Episco-
pos iter sese, paris potestatis esse, & quod ad Episcopatuū attinet,
alium alio nihil esse superiorem, & se quoq; illoꝝ compresbyter-
rum esse, qui nihilo plus habeat potestatis in sua vrbe, q̄ cæteri
habeant, seu quisq; eorū in congregatione sua. Ecce Petrus, seip-
sum alijs Episcopis parem facit. Quid hic tandem contra
afferent beluæ illæ, quæ non modo dominari, sed & crudelis-
simam tyrannidem in animas & bona nostra exercere non desi-
nunt, q̄ inter sese de differentia & gradibus illis potestatis plus q̄
insanis litibus digladiari nunq̄ cessant?

Et vt tandem finiam. Christus ipse Lucae. 22. dicit. Reges
gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, be-
nefici vocantur. Vos aut̄ non sic, sed qui maior est in vobis, fiat
sicut iunior, Huc, huc, attendite vos pompatici & regnatores E-
piscopi. En vestræ dominationis, quam tot titulis, tot etiam ty-
annicis factis, hætenus vobis sumpsistis & violenter arrogastis,
en vestri facti rationem requirit a vobis Christianus orbis. Hoc
em̄ inficiari nō potestis, quod tam aperitū & clarum est ante ocu-
los omniū, vestrum regnum externū esse & mundanū, adeoq;
(vt sic loquar) mundanū q̄ vllius Principis terreni. Domina-
mini em̄ palam corporibus & animis, idq; non per verbū dei,
sed externa pompa, externa & mundana tyrannide, vt ali-
Principes & Reges gentium.

Agite ergo, dicite tãdem, qui conueniat illis Christi v̄bis,
VOS AUTEM NON SIC, cū vestro illo regno? Agite
hic (ne lubrici nobis elabamini) scrutemur & perpendamus na-
tiam vim vocabuloꝝ. Quid sibi hæc verba volunt? vos non
sic. Nam hic haud dubie taxatur vestrum illud regnum, vestra
conditio. Hanc em̄ oportuit non esse talem, si Christiana esset.
Nunc sit sane qualiscunq; tandem tamē Christus de dominatu
illo terrenorū loquēs, clare dicit, ad vos (Episcopi em̄ videri vult-
tis) **VOS NON SIC**. Cedo, num tinniunt ambe vobis au-
res ad hanc vocem summæ maiestatis. Vos aut̄ non sic? Quid
siletis? quid obmutescitis? Nunc videamus, quid ad hæc mono-
syllaba. Vos non sic, cum tot illis immanibus Decretaliū libris
incipietis respondere, quid inq̄ ad hæc cui syllabum. Vos nō sic,
dicere possitis? forsā, vt pro vestra insania nihil non audetis,
tergiuersari hic, quasi hæc verba, Vos non sic, significant;
(scilicet ad placitū) Vos vtiq; sic, & docebitis Papam etiã plus
habere potestatis, q̄ Christum ipsum, Sed quid exoptulo, cum
obstinatis, cæci sunt & duces cæcorum.

Te serio monuero, mi Lector, vt hæc mōstra relinquant & deserant, haud secus atq; capitalem hostem tuum sub persona charissimi fratris ad te venientē, certe suspectum haberes, certe summo studio vitares, sic & hos nūc conscientiarū carnifices, fuge, & suspectissimos habeto sub Episcoporum Laruis & Episcoporum titulis venientes. Nam Paulus prædixit fore, vt haud aliter atq; Satanas transfiguratur in Angelū lucis, sic & hi eius Apostoli assumunt figurā & nomen ministroꝝ iustitiæ & Apostolorū Christi, sed ex fructibus eorū, id est, ex operibus, & doctrinis, cognoscimus eos. Neq; quidq; aliud prædicant aut prædicari patiuntur, quam questum & indulgentiarum cistas & arcas.

V. VIRTUS BVLLAE ROMANAE.

Papa sumit sibi potestatem vota commutandi in alia pia opera, idq; non gratis, sed ob rem, exceptis tamen votis his, ad Sanctū Iacobum, ad Limina Apostolorū, proficiscēdi in Syriā, & castitatis.

Equidē antea permulta scripsi de votis, quod hoc loco non est necessum repetere. Ceterū hic, si Romanū Pontificē, cæcum hoc caput, interrogem & urgere incipiā, quid nam causæ sub sit, q̄ quedā vota tantū, & non indiscriminatim omnia ausit commutere. Nihil aliud (sat scio) respondere novit, q̄m quæ vouentur, quasdam esse magnas, vtputa castitatis, quasdam parvas, vtputa ieiunare in pane & aqua. Proinde posse se, rerum parvarū votū commutare, magnarū non, item, Ecce quā profus occæcatus sine pectore, sine cerebro est hic larvarū populus, qui votorū pondus & momentum non iuxta vim præcepti diuini, sed iuxta opæ estimat. Age vero, Num perinde est si iurandū, quādo super tribus nummulis deieras, atq; si super centū talentis iurasses? Num vndiquaq; par est religio iurissuradi: qd ni igitur ex equo custodiretur in paruis atq; in magnis? Nū ideo violanda esset in grandissima, quod difficilius sit dependere centū talēta, quā tres asses?

Insanit ergo planissime & per oīa furit hic larvarū popul⁹. Quapropter hæc tu sententiā solidā & firmā amplectere. Ne vllum vnquā facias discriminē votorū ex discrimine rerū vel oporū. Par em̄ est votorū vinculum & religio, & nihil quicq; hic moramur, num magnæ res sint an parvæ, Nam præceptū dei nullū discriminē facit, sed simpliciter præcipit, Vouete & reddite. Neq; em̄ dicit magnarū rerū vota potēris omittere, parvarū vero cogaris obseruare, aut ediuerso. Quāobrem noli credere ijs impostoribus, neq; fide illis votorū caupōnationib; & mundinationib;. Neq; em̄ vllū votū mutare possunt, Si vero possunt, iū & tu & quiuis idē poteritis liberrime dispētare de votis quibusuis. Vota em̄ mutare nihil aliud est, q̄ hoc præceptū dei, Vouete & reddite.

dite abrogare, Id si in vno articulo potest abrogari, poterit eodē iure abrogari in omnibus. Nam simplex & generale mandatum est de omnibus votis.

Nam si hęc fenestra Papę aperietur, potestati sibi esse commutandi vota de reb. paruis, tum protinus idē posset in omnib. alijs votis, dein mox cōsequerēt, Idē eū posse in p̄cepto primo dispensare, scz, ne deus ex toto corde ametur, ne proximus diligeretur &c. Et si posset in votis paruis, ad cibos aut alias res leuiculas attinētib⁹ dispensare, mox cōsequeretur, eum posse permittere Idolū adorari cultu externo, aut adulterari cū vxoribus plebeijs, vt maxime cū vxorib⁹ magnatū, vtpote in re magna, non liceret. Breuiter, id genus infinita, ne dixerim absurda, sed portēta, sed mōstra errorū cōsequitura essent, simul atq; vnus p̄cepti diuini vel vnū apicē licuerit cōmutare. Sic hūc auarę Balaā & has laruas, vides nihil aliud agere, nisi vt ob questū, p̄ceptū dei cōuellāt. Quare, fuge, fuge, hūc Balaam. Nequa q̄. n. potest tibi cōmutare votū v̄l minimū. Ceterū, si vnū cōmutabile est, dico tibi, liberę est sine sumptu, etiam si Romanistis nihil numeres, mutare cetera omnia vota.

Hic se nūc aperiret cāpus amplissim⁹ differēdi de votis, at non est huius loci, alibi satis copiose differuim⁹, & forsan, si res poscat, latius differemus, hęc nūc satis sint. Primū quedam vota sunt hominib. facta, ea tam diu obligant, q̄ diu eadem exigit & postulat obseruari is, cui facta sunt, de ijs hic non loquimur. Secundo, sunt quedam vota, deo aut sanctis eius facta, ea etiam sunt duplicem in modū, Primū contra deum & eius p̄cepta, & ea prorsus non sunt obseruanda. Quæ aut non sunt contra deum, ea sunt obseruanda, Hic nunc nodus ille incidit difficillimus, quę nā hęc vota sunt, quæ cōtra deū & eius p̄cepta sunt, Hic opere p̄ceptum est decem p̄cepta diligēter, & accurate perpendere, ab infimo autem exordiemur, Si vouisses proximi tui rem aut vxorem cōcupiscere, falsum testimonium dicere, furari, stuprum admittere, occidere breuiter, si vouisses proximum nō amare, neq; ei bene velle, vides, tale votū esse sceleratum & nefarium, quod citra indignationē dei seruare nō possis. Hoc opinor clarū est, quā vt quisquā possit inficiari. Pręterea si vouisses parentib. non obedire, certe palā est pugnare hęc oia ex diametro p̄ceptis dei. Quid ergo tā cæci, obstinati & plane bruti sum⁹, vt hęc vota, q̄ palā contra dei p̄cepta sint, obseruemus. Num contra p̄ceptū dei est, quādo filia contra volūtatē parentū seu insens parentib. nubit adolescenti aut viro? Nū pugnāt cū dei p̄ceptis, quādo filius aut filia inuitis parentib, vouet monachātū,

iniciatur sacris illis prophanis, quo iniciatur vulgus sacerdotum?
Num deus ipse Numeri . 30 . talia vota abrogauit, & hoc
præceptum sic interpretatus est? Item num contra dei præceptum
est, quando alter coniugum vouet peregrinari ad Sanctum Iaco-
bum, hoc vel illud facere, præsertim vbi vxor marito carere non
potest, aut maritus contra vxore? Age dic, Num hoc votum
est palam contra præceptum dei, qui marito iniunxit, vt vxorem
liberosq; euret & non deserat? Et adhuc tamen Idololum illud
Romanum & Laruarum Rex, hoc votum facit plusq; adaman-
tium, quod nemo possit dissoluere, adeo vt in Bulla sua etiam
nominatim tanquam indispenfabile (vt sic loquar) excipiat. Cui
tamen, si Episcopum præstare vellet, merito debebat talia vota
tinum couellere, tum etiam abolere & extinguere funditus. At ser-
uat Papa decorum suum, Ipsum enim sic decet prohibere quod
deus permittit, adeoq; præcipit, contra præcipere & mandare,
quod deus verat, destruere quod deus construit, construere quod
deus destruit, nam qui alias posset esse Papa.

Sed lo vtinam hæc abominabiles & Satanicæ Laruæ sibi solis erra-
rent, se seducerent, sibi male essent, nam tunc utiq; ferendi essent, aut
etiam si oino sic insanire liberet, veluti de nobis bene meriti, hono-
randi interim, secundum mundum, tanquam Ethnici Principes
tollerandi. At nunc quando tam incredibili furore tot consci-
entias seducunt, tot animas mactant, suisq; traditi omnibus palam ver-
bum dei, ne dixerim obscurant, sed delent, eradunt & extinguunt,
nemo certe sanæ mentis hic desiderabit modestiam, hic requireret
silentium, vbi nemo etiam sine nefario scelere, sine ingratitude
& blasphemia manifesta in deum, silere poterit. Apagesis sis mihi
cum tua moderatione, tuacq; conuiuentia, quicumq; homines
metuens, parum esse putas tam manifestis blasphemis deum in-
cessere. Nemo mihi hic de modestia, de paulo sedatioribus scrip-
tis, & id genus humana somnia decæter, nemo de reuerentia mihi
obganniat, nemo de patientia, de tollerantia Christiana hic can-
tilenam mihi pangat. Maledictum silentium hoc, quod hic con-
niuet, maledicta reuerentia quæ hic cedit, & tam cruentis tyrannis,
tam crudelibus lupis libere in animas & conscientias grassandi,
ceu quoddam ingens ostium, aperit.

Sed nunc quando de his satis est, de monasticis etiam vo-
tis (tamen si alias rem ex professo tractauerimus) non nihil perstrin-
gamus, atq; hic primùm Episcopis nostris & speciosis laruis ambæ
aures tinnient, hic primùm dentibus stridebunt, hic tragicum hoc
O cælum, o terra, o maria Neptuni ingerent. Agite vero vos præ-
clari pastores,

clari pastores, hic em̄ rogabo vos aliquid, cedo, si Sacerdotes
Monachi aut moniales suorum ordinū instituta vouerent seruare
in incredulitate aut in superstitione & fide Iudaica, quæso tandem
dicite, num meliores essent adulteris aut ijs qui vouissent vxor-
rem proximi corrumpere? Cedo, num id esset fidē Christi ab-
negare planissime, & atroci⁹ peccare, q̄ si decem patres adulteriaz?

At quotus quisq; nunc est in tota hac monachorum
sacerdotum & monialium secta, qui non per hoc a fide Christi
desiuerit, & in Iudaica superstitione se & conscientiam suam in-
uoluerit, & forsā hæc ubi noua videntur. At ausculta quæso
quid sit Christiana fides. Christiana em̄ fides est, si credas te nul-
lis operibus, sed sola fide in Christum tanquam mediatorem &
per misericordiā in illo gratis datam, iustificari & saluari. Gal. 1.
sic vt homo de omnib. viribus & conatib. suis, omnibusq; ope-
ribus desperet, & totus ex alienis meritis, aliena iustitia, nempe
Christi, p̄deat. Iudaica fides est, per opera, vires proprias & me-
rita velle iustificari, peccata delere & saluari. Roma. 10. per hanc
Christus reñcitur, vtpote quo n̄ sanctuli non opus habeant, aut
certe non valde opus habeant. Nūc ergo quiuis de populo sane
iudex esto, num bona pars sacerdotum monachorum & monias-
lium in illa fide, instituta suę sectę exordiantur? Has em̄ præclas-
ras voces palam iactant, in hoc (inquiunt) vitę genus eiuscemo-
di amplector, vt ultra communem Christianorum vitam, aliquid
meriti mihi cōparem, quid em̄ alias monachus essem, attribua-
untq; hoc operibus & obseruationibus, quod soli Christo, soli
fidei debebatur, cedo, quid tandem hoc aliud est, q̄ Christū ne-
gare, & in incredulitate ac hypocrisi sanctitatem & iustitiā secta-
ri? id est ex Christianis Iudeos & Ethnicos fieri, quemadmodū
Petrus inquit, eos qui vere aufugerant, in sc̄ct̄ alliciunt & in er-
rore detinent.

Esse vero se Iudeos & Ethnicos non obscure ipsi fatentur.
Quid (inquiunt) Sacerdos, monachus essem aut monialis? quid
tot sanctis obseruationibus me discruciarer, nisi his modis, vlt-
tra q̄ vulgus Christianum aut mūdani homines (sic em̄ loquū-
tur) ad salutem prerogatiuam & cōpendium quærerem? Audis?
has voces esse plusquam Pharisaicas hypocritarū & hominum
operibus suis fidendum, in quibus Christus ne tantillum qui-
dem loci aut operis habeat. Num dubium est omnes istos, hoc
quod ex Christo & misericordia dei in illo promissa, expectan-
dum fuit, ex operibus & nescio, quibus obseruationibus si orū
ordinum expectare? Proinde certo certius est, Omnes Collegia-

G

tas Ecclesias, omnia monasteria in quibus Sacerdotes aut monachi sunt in huiusmodi hypocrisi & periculosa fiducia viuētes, longe spurciora & foediora esse, quibusuis ganeis, lupanariis, fornicibus aut latronum spelūcis. Proinde & per iram & indignationem dei fit, vt ceu in signum, fere omni genere libidinū Sacerdotes n̄ sint conspurcatissimi. Nam cum per talem hypocrisim operum violent castitatē Christianæ fidei, tum in pœnā dantur in eam immūditiam, vt violent etiam castitatem corporis sui, quemadmodum Petrus dicit, Quod alliciant ad desideria carnis. Sic omnes ordines, omniaq; vora, quia vt plerumq; sunt contra .1. 2. & .3. mandatum dei, tanquam pestis fugienda sunt. Et ego sane omnibus monachis, atq; id genus iustitiaris, ex animo suaserō, vt alterutrum hic eligant, aut Iudaicam hanc fiduciam operū relinquunt, & cognitionē & vsum Christi discant, vitamq; suam denuo in fide exordiantur, aut potius tam cucullam, tum monasteria deserant, & ad simplicitatem q̄ est in Christo, redeant, & vitæ genera alia quæuis potius honesta & pia eligant. Neq; aliter hic tibi faciendum est, q̄ si scortum palā tecum foueres, nam ibi scortum, si pie viuere voles, aut est deserendum aut ducendum in vxorem?

Ecce hic est spiritualis ille Baal, de quo ego per donum dei libellū conscripsi, & scripturis & argumētis satis efficacib⁹ ostendi, monasticorū vtorū institutū, per sese esse impiū & hypocriticum, & difficilime fieri, vt eis possis bene vti. Nec dubito, per hæc bonis mentibus & conscientis adeoq; rationi etiam esse satisfactum, vt sperem in posterum non fore tam multos, qui per monachatum & infelicem illum clericatum seducantur & pereant. Si vero indoctis laruis non satisfeci, aut si mihi quidam hypocrite irascantur, quasi sacerdotibus & monachis & monialibus libertatem prædicās, monasteria & templa illa deuastari ac destruxerim, hoc nō valde miror. Quis em̄ satisfaciat impijs illis hominibus, qui nihil audire volunt, nisi quod ipsis rectum videtur, & quod (vt Salomō inquit) eorū infederit stulto cordi. Contra, si ipsi rationem suarū traditionum rogentur, nihil aliud possunt, quā vt purpureos suos Galeros, Carnales & Episcopales mitras ostendant, & vultuoso gestu erumpāt & dicant. Num vides me esse Cardinalē? num agnoscis Episcopū? Quid, requiris tu scientiam scripturæ, aut rationem fidei in Episcopo? quid opus habeat Episcopus, tam leuiculis rebus, quarū cura ad Sacerdotes reijci possit? Quid vero mirū sibi fidentes homines tam grauib⁹ & superbis vocib⁹, vt, cum habeāt soli spiritū sanctū,

vt vbi ipsi sint cōgregati, certo sit spiritus sanctus: Cum habeāt (inquam) spiritum non modo sanctū, sed sanctissimū, Nempe, spiritum Papę, qui non solum sanctus sit, vt Christus a Petro in Actis, Iustus & sanctus dicitur, sed & sanctissimus.

At me quidem hic planissime tedit, de ijs maledictis abusibus & Bullis Papalibus plura dicere, differam vero dum incipiant forsan contra fremere. Nunc satis est scire, omnes homines esse obligatos coram deo, vt has Romanę Indulgentię Bullas crement, perdant & extinguant. Ad hæc laruas, quę eas ebuccinant, vt indoctas & impias Beluas non solum contemnāt, sed & tanq̄ lupos & cruentos leones vident, iuxta doctrinā Apostolorum tum Petri, tum etiam Pauli.

At vt tandem finiam querelas has iustissimi doloris. Age num hoc quoq̄ egregium & omnibus sc̄culis, apud omnes gentes inauditum facinus est, Episcopos nostros dei gratia mihi parum propicios & vicissim apud me parum gratiosos, non dissimulanter etiam, sed palam prohibere sacerdotibus honesta coniugia, & vt agnoscas Satanę Apostolos omnib. furijs semel percutos, carcere & gladio interminato, id strenue agere, ne sancta illa & præclara castitas (cui tot scortorū myriades, tot Romę obsoleti, tot portenta libidinum, nihil deterūt) per cōiugium, sc̄, rem (vt ipsi vocant) laicam & prophanam, aliquod forsan detrimētum patiatur. Quam verò hic mihi gestit animus nomenclaturam harum vrbium sacerdotalium facere, in quibus passim per Germaniam videmus tot & tātos scortorū greges, nullo alio nomine, nisi q̄ non plebeia sed sacerdotū scorta sunt, haud aliter ac quendam matronarū ordinē publico Ecclesię scādalo ali, in ocio & lauitic̄is pasci, titulis familiarū cohonestari, adeoq̄ in similitudinē (vt ille ait) templorum auro, margaritis & purpura vestiri. Equidem egre me contineo, at continebo tamen dum aliquis eiusmodi castitatis patronus exurgat, qui hanc sanctā sacerdotum continentiam conetur tueri & defendere.

Sed o me ineptum & parum civilem, qui Episcopos leones & sacrosanctas Cathedrales Ecclesias lupanaria appellare ausim. At pergite sane vos laruę, ite, ite, pede fausto. q̄ vestra vos virt⁹ ducit, & quando parū est, vos iam nunc male audire apud omnes homines, parum est inuisos esse populo & vestrum pene vocabulū sordere optimis quibusq̄, addite odiū odio. Oporteret em̄ (vt ille ait) eos qui semel verecūdię fines transilierint, bene & gnauiter esse impudentes, nisi em̄ hęc vestram tantam popularitatē nouo aliquo odio ciro ceu diluissetis, nisi iam nūc essetis

G ij

stare & muti trunci, parum aberat, quin vos præ nimio amore pro vestris tot insignibus bene factis aureos in foro posuissemus. Et quid ni positus monumentis vos cohonestarem, cum sitis (ni fallor) optime meriti, & iam etiam scortationibus non obscure cum dictis, cum factis patrocinantes, merita etiam meritis accumulatis.

Primum ipsi Lenones & scortatores estis pessimi, qui ad scortationes manifestas, & tot lupanaria circum vestra templa in girum exaedificata (quid enim aliud iam domus sacerdotum sunt) conuiuetis & ipsi scortamini, dein sanguine & sudore pauperum in luxu & voluptatibus lautissime & mollissime vos pascitis. Præterea fraudibus & imposturis exhaurientes orbem, excommunicationibus & interdictionibus sursum & deorsum diuexatis omnia, affligentes pauperes, tum in anima, tum in corpore & rebus, Euangelium extinguitis, & non modo ipsi nullum Episcopale munus obitis, sed & alios prædicare verbum dei non permittitis. Concionatores de ciuitate in ciuitatem, ut Matthei .23. predictum est, persequimini, & omnibus finibus vestris tanquam nebulones expellitis, at interim tamen ipsi nihil aliud estis, quam terræ & abominabiles Laruæ, quæ tanquam terræ pondera, nisi resipueritis, orbis ferre nequit.

Proinde hic fortiter incumbite, ne nimium placeatis populo, augete vestra benefacta, date gnauiter operam, ne opus sit magno negotio ad destruendam vestram tyrannidem, dum vosmetipsos excutitis, ipsi vestra sponte in exilium & vestra fata ruinis. Equidem (ut vos candide moneam) non suasero, ut mansuetudine, clementia, lenitate & sinceritate Apostolica, his scilicet artibus, his sanctis modis, quibus Paulus usus est, concilietis vobis populum. Pergite, pergite, hac, hac, recta itur in certum exilium, ad quod tantopere festinatis. Nam & sic fecerunt Patres vestri Iudei, in quorum hypocrisim vos successistis, qui cum ducem & authorem vitæ Christum occidissent, Euangelium promulgatis ædictis prohibuissent, non poterant quiescere, quin prouocatis Romanis ipsi sibi certum malum consciscerent, qui & tandem irruentes perdidit eos plane ad internitionem & funditus euerterunt. Qui enim vos tanti hypocrite decoro vestro melius seruire possent, nisi germanos filios & heredes talium parentum præstare conaremur.

At hic opinor Episcopali illa panoplia, purpurea palla scilicet, non sine cornuta mitra induti, utraque manu chirothecis & annulis gemmatis communita, calciati pedes non in preparatione Euangelij pacis, sed sandalij vanitatis, ad medium pectus argentea cruce

propēdente, & ni fallor, pallio etiam Romano humeros tegēte, pastorali bacillo gressum solennem moderāte, plane (vthabet Adagiū) Iunoniū ingrediētes, prodibunt & dicent, Vin clarius rationem tibi reddi Luthere, cur sacerdotes a cōiugio arceamus? Num legibus suis & sanctis Canonibus sanctissimus Papa hoc additis pœnis vetuit? Nam hæc erunt omnia Enthymemata rationes & argumenta, quibus illi præclari viri & egregij pastores, sui facti rationē reddere poterint (Sāctissimi Papæ & sacrosanctæ Bullæ pace hoc dixerim) Equidem leges hunc cēlibatū exigentes, nihil dubito esse Satanicam doctrinam & crassissima fantasmata diaboli.

Hic vero non possum me continere, quin clare dicā, quid de Episcoporum continentia sentiam, donabis hoc mihi Christiane lector, vt hic libere & false dictis, hæc eorum tam seria ex Decretalibus consilia, & sesquipedalia verba rideam & exagitem. Cedo, cur Poetæ Comici semper tales fingunt lenones & lænas, vt adolescentes illecebristeneant, & studio quodam ac artibus dehortētur a coniugio: certe non ideo, quod eis bene velint, sed quod per coniugia suo questui multū deteritur. Sic & Episcopi bonā partē annuorum reddituum suorum ex lenocinio & scortis sacerdotum habent. Nam quicumq; voluerit impune scortari aut adulterari, cum laude & applausu, is Episcopo florenū quotannis dependere cogitur. Et adeo vulgata est hæc traditio, vt in prouerbiū abierit, casti Sacerdotes officio (sic em̄ vocant tyrannidem officialium) sunt infrugiferi, adeo vt officiales castos Sacerdotes etiam oderint.

Age vero, quo seculo vnq̄ lenones fuerūt ditiores aut honoratiores: quādo vnq̄ lenociniū impunitius q̄ in nostris Episcopis? Quid mirū vero, si sancti illi Patres accepta pecunia conueniant ad scortationes, cum tam vetus paradoxū sit, lucrum bene olere ex re qualibet. Quis nunc tam inciuilis sit, vt Episcoporum culper prudentiam, scorta approbantū. Quis ignorat varias esse artes, questus, mercatorū & institorū genera esse varia. Hic vendit piper, alius crocum, ille pannum, iste purpuram. Quid mirum si Episcopi nostri ne soli lucrum negligant, ceu quibusdā nundinis circum templa illa magnifica instructis, carnem & pellem (pene quiddam obscœniū mihi exciderat) viui scorti vendant. Nam vnde alias, nisi tam honestis modis negociarentur, sanctis Patribus vitus suppetere?

Præterea si quando contingit sacerdotē aliquem eiusmodi scortillo, paulo plus impartiri castitatis suæ quam satis est, vt in-

tumescat ei vterus, pariatq; ei sigillum continētię, scitum pueru-
lum, tum procius crescit annuus ille reditus Episcopi, nam vla-
tra florenū illū annuū, iterum Episcopus occasionem exercendę
misericordię nanciscitur, ac misero huic parenti & recens nato
puello, tum primū vendit iterum hoc scortum, & ne infantulo
quidem gratuitam esse sinit, quam deus dedit, matrem. En sic
Episcopis cōpendium hoc & lucellum, quod plebeis lenonibus
vix simplex cęderet, belle conduplicatur. Nunquid ergo egre-
gia nundinatio est, sic scortorū ventres bis quotannis (si fortuna
arrideat) vēdere? Num digna negociatio Episcopis & tā sanctis
Officialibus, ex aliorū scortatione lucrum quęre & sic occultis
illis lenocinijs quęuis lupanaria vincere? Nihil mirū aut, si pro
augendis & conseruandis bonis Ecclesię (bona em̄ Ecclesię con-
tra Petri Apostoli verbum, aurum & argentum vocant) sancti
hi Patres lucro huic sedulo studeant, si honesta coniugia, quę
ad farinas nihil faciunt, sacerdotibus permittere nolint. Infrugi-
ferę em̄ sunt vxores legitime, officio (vt dixi) & fisco reuerens
dissimorū Patrum & dominorum.

Boni cōsule Christiane lector, hos meos quamuis liberos
iocos, qui certe non ex animi libidine, sed ex maximo cordis
dolore proficiscuntur. Quis em̄ non ingemiscat? quis non ex
animo doleat? videns tam abominabiles verbi dei contempto-
res, qui vsq; adeo omni mente & cōmuni sensu destituti sunt, vt
citius quęuis bruta boues aut asini sapuerint, quam ij Ecclesię p̄-
clari pastores. Hoc est aut quod cōminatur dñs per Esaiā, Dabo
pueros Principes eorum & effeminati dominabuntur eis. Nihil
em̄ aliud hic causari possunt. Ex auaritia hęc omnia Satânica &
cęcitate horrenda fieri, apertius est, q̄ vt possit bene dissimulari.
Etenim si ruditate asinos & stupore trūcos superarent, adhuc nō
possent inficiari, deum nusq; sacerdotib⁹ vnq; interdixisse con-
iugio. Tantum, n. abest vt vetuerit, vt Paulus etiam præceperit
& mandarit, cum dicit. 1. Timo. 3. ad Titum. 1.

Oportet Episcopū esse vnus vxoris maritū. Auditis hoc
vos Episcoporū vmbre? auditis tandem? vos em̄ appello, quis
cunq; tandem estis hi cruenti lupi, qui tyrannidem carceribus &
minis exercetis in sanguinē innoxiiū. Agite tādem, prodite, re-
spondete, quid hic ad Pauli verbum dicetis? Oportet Episcopū
esse vnus vxoris maritum, quid hic appellabitis vxorem vnā?
Num scortum aliquot putidum sacerdotale? cuius ventrem bis
quotannis vēditis? Paulus loquitur de vxore vna. i. re duas aut
plures vxores habeat, quemadmodum in veteri testamento re-

ceptum erat. Si nunc sacerdos aliquis hoc manifestū dei verbū sequutus, vxorem ducere mallet, quam tam fēde scortari, quam scorta scortis commutare, quis nam ex vobis erit tam audax & tyrannus, qui conetur hoc prohibere? quid rationis? quid fundamenti tandem habetis? quid cōtra affertis? Num vos stipites & indoctos pro deo aut supra deum etiam adorabimus?

At hic iterum veterem cantilenā obgannient, Papa prohibuit, Papa vetuit, Quid audio? O viri boni & suaues homines, quasi vero, si Papa mandet, ne parentibus obediam (quemadmodum fecit in monachatu) ne mandata dei seruem, nō vestri officij sit, quod falso profitemini, totis viribus repugnare. Num legistis verbum Petri in Actis. 5. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus: num scitis oēs traditiones humanas, etiamsi vtilis & bonæ sint, in casu necessitatis, & quando intolerabiles sunt, cessare & non ligare quicquam? Num manifesta experiētia cognoscitis, traditionem hanc pessimam & vere Satanicam de cælibatu, impossibilem esse sacerdotibus & per eam mundū repletū esse scortationibus: & adhuc tamen vos omniū, qui post homines natos fuerunt, impudentissimi & crudelissimi tyranni, miseras conscientias ad peccādū, & ad certum exiciū cogitis, ob sordidissimum lucrum. Videtis plane & p̄ne palpatis, Cælibatum hunc seruari non posse, adhuc cogitis & impellitis ad seruandū necessitate nulla. O vos conscientiarū crudelissimi carnifices, vt commaculatis, vt polluitis manus vestras in sanguine iusto. O quam grauem rationem estis reddituri de vestra tyrannide.

Ad hęc satis clarum est, traditiones illas humanas de Cælibatu non esse doctrinas hominum, sed doctrinas, vt Apostolus vocat, demoniorū, id quod ostendunt loci illi ad Titū & Timotheum paulo ante citati. i. ad Timotheū. 3. Oportet Episcopum esse vnus vxoris maritum. Hoc est institutum dei, hæc est sanctio per Apostolū Paulū promulgata. Proinde fieri nequit, quin tota illa doctrina ex Satana sit, quicquid contra præcipitur aut vllis legibus mandatur. Neq; em̄ deus pugnat secum, neq; mēdaciū arguit seipsum, quemadmodum scriptura hoc rotum vndiq; habet, & quantumuis cæcum etiam cogitur fateri. Sic & quilibet cogitur fateri, legem Papæ de cælibatū palam esse contra ordinationē Pauli & dei. Nunquid igitur hæc satis perspicua, satis clara sunt vobis, vos cæci & cecorū duces? Agite, intendite omnes neruos, quid affertis tandem? quid hic contra vel hiscere auderis? num pudefiunt tādē frontes vestræ ferre, & ceruices eræ, dum in mentem vobis venit, vos tot conscientia

nas ad obseruandum mandatum & doctrinam Satanæ contra ordinationem & mandatum dei, tanta tyrannide cogere.

Tertius locus Apostoli est .i. ad Timotheum .4. Spiritus certo loquitur, quod in posterioribus temporibus desciscerit quisdam a fide, attendentes doctrinis demoniorum. Ecce ibi Apostolus doctrinas demoniorum vocat, quæ nubere prohibent. Neque loquitur ibi de Tacianis, quemadmodum ille scriptor sceleratus; miserimus in arido & ieiuno illo opusculo de loco Petri, conatus est comminisci. Taciani enim prohibebant coniugium tanquam rem malam & tanquam peccatum. Paulus autem loquitur de ijs, qui tantum prohibent & non damnant tanquam peccatum, quemadmodum & cibis interdicitur Papistis, & tamen non pro peccato habent, ijs vel illis vesci. Sic & Papa non dicit, ut Taciani, coniugium esse peccatum, neque dicit quod ovis aut caribus vesci sit peccatum, sed solum prohibet ad fucum & hypocrisim faciendam maioris sanctitatis, quemadmodum Paulus dicit, Hypocrisis eos loqui mendacium & ex doctrinis demoniorum.

Cum igitur ij tres loci Pauli, tanquam verbum summæ maiestatis & dei, haud secus atque murus aheneus & marpesia rupes persistent & efficaciter euincant, celibatus huius traditionem, contra ordinationem dei, doctrinam esse demoniorum, ut Pauli verba clarissime habent, tum restat, ut sacerdotes, qui continere non possunt, infracto animo, liberissima conscientia, hic sese concedant his verbis dei. Nam & sane eos, qui vxore non indigent, nunc vxorem ducere oportuit, solum ad confundendum & ridicendum Satanam, atque hanc eius tam venenatam doctrinam. Et vos preclari Episcopi, si malletis Christi quam Satanæ esse Apostoli, debebatis gnauiter huc adniti, ut ad extirpanda illa circumtempla vestra Lupanaria, sacerdotes quam plurimi vxores legitimas ducerent.

At obijciatis hic Sacerdotes in sua vnctione iurasse celibatum, bona verba queso? Num supra dictum est? num in libello de votis multis argumentis euicis? omnia vota que fiunt contra preceptum & ordinationem dei, nihil esse, & sub pena æternæ indignationis & horrendæ iræ dei relinquenda? Nunc tale votum celibatus contra preceptum & ordinationem dei esse factum, & fieri ab omnibus, nihil dubium est. Ad hæc Sacerdotes non vovent votum suum deo, sed Papæ, sed traditionibus humanis, proinde homines habent dissoluere. Tale enim votum nunquam peruenit, neque quicquam attinet ad deum. Quare nullum profertur periculum subest conscientia, si Sacerdotes vxores legitimas ducant,

dūcant, Sed laruę illę ex sese, ceu araneus telam, nescio q̄ discrimina salutis & pericula fingūt. Cōtra scortationem, in qua mera pericula animarum sunt, & lupanaria sua magnificentissime extructa circum templa, pecunia vendunt, & impune omnibus, modo dent, modo numerent, permittunt. Num ergo sancti pastores & egregij Episcopi sunt: Christum crucifigunt, & Barrabam dimittunt. Ve, ve, ve, templarijs lenonibus & lupanaribus, Quid possum amplius: ego moneo & clamo ad eos, & omnes eis adstipulantes, vt respiciant, vt sibi caueant, Iudiciū eī dei non tardat, deus verbi sui contēptum nō perpetuo feret.

Hic quęro, anteq̄ finiam, Satane insidias & artes considera, Quemadmodū lemurius illis & spiritibus, noctu obambulantibus hominibus imposuit, vt putarēt animas mortuorum esse, nescio quam opem adhuc ab amicis & pristinis sedibus quęrentes, & sic missarum nundinationes induxit, sic & multa horrenda, falsa tamen exempla, de sacerdotū concubinis inuexit, & tandem eo promouit, vt in prouerbiū, tanq̄ res certa abierit, Mulieri, quę semel cum sacerdote rem habuerit, nō superesse vllam spem, sed nihil eam manere, q̄ æternā damnationem. Hinc miserę ille peccatrices, prolapse sunt in desperationem, & tum primum dolere desierunt & desperantes salutem, in omne genus viciorum ierunt precipites, sic vt vix sceleratior mulierum secta sub celo sit aut fuerit, q̄ illorum Sacerdotum concubinę. Hoc erat quod Satanus optabat. Illas enim in insidias nemo considerauit, Ecce tot animarū pereuntium nemo rationem habuit, has passi sumus desperare & in illa immania scelera ac plane malorū profundum, mira cęcitate & miseranda desperatione ruere. Hoc Satanam mire titillauit & belle accomodatū fuit, vt celibatus ille impurus, sanctior & commendatior, & mandatum dei contemptius haberetur. O cęcitatē, o securitatē, o ignorantiam portentosam Papę & Episcoporum, qui hæc ferant, & ad hæc tanta pericula dormitant, At statuę sunt (vt dixi) mutę & mortuę in rem Satane & dispendiū incomparabile animarū.

Hic interim (cū nunc gustū dederim Episcopis meę sententię) desinam, donec videro, quo animo Episcopi nostri hęc candidam admonitionem, & vt opinor, satis apertam & liberam accepturi sint. Nam si pergent more suo sine iudicio, solum fortiter contra reniti, fremere, & in has scintillas sufflare, nō obscurum erit, quo per iram dei in cęcitate & ignorantia obbrutescentes ferantur, quo abeant, quo festinent, Imprecabor eis iudiciū dei & resipiscētiā. Amen. H

Postremo hic candide & ex animo monuero omnes, qui eunq; Episcopos illos personatos scriptis taxare volent, vt libere & palam illud faciant, iuxta doctrinam Euangelij & Apostoli Pauli, & ascriptis libello titulis ac professo nomine prouocent ad ius scripturarum, quemadmodum ego haecenus feci. Nam vt maxime magnifici apud mundum sint, certe hoc superiores sumus, quod vulgus hoc Episcoporum, ob insignem ignorantiam stuporem & ignauiam, iam olim infame est apud omnes homines, deinde pessime audit, q; in lucem prodire nolint, secundum scripturas iudicari recusent, theatrum publicae & non suspectae audientiae fugiant. Eo ipso ergo nunc patefacta est & semel abolita eorum hypocrisis, & ipsi tanquam cornicula Esopica speciosis plumis detractis, risum mouent spectantibus. Non potest ergo quicquam eis acerbius contingere, quam si in os eis resistamus & ad scripturas prouocemus, & doctrinae suae fundamenta libere instantes, libere vrgentes, requiramus. Ibi non possunt non pudefieri, quantumuis dissimulent in cordibus intus & conscientijs, vt obticescant planissime, & nihil afferre possint. Quod si tyrannide & vi conabuntur perrumpere, tum dedecus eorum & ignominia eo maior erit, & recta tendent citiusq; peruenient ad malum hoc, quod tanto opere declinant, eoq; facilius eorum estimatio apud deum & homines interibit. Neq; enim magis luuare possent partes nostras & cursum sermonis domini, quam si valde fremant, valdissime seuiant, haud dubie in lapide offensu diculi frontes illas ferreas allisuri.

Vt autem iuxta doctrinam Pauli non solum conscientias vulnerem & terream, sed oleum simul cum vino vulneribus infundam, si qua forsan fieri queat, vt aliqui ex eis bonae mentis Episcopi, ad haec fulmina & tam manifesta verba dei, contra que ne porcae quidem inferi praeualebunt, contremiscant & in cordibus suis territi redeant in viam. Videor mihi opere praetium facturus, vt hic illorum (qui forsan ad se reuersi, cum vere poenitentibus in Actis 2. Ca. in clamare poterint. Viri fratres quid faciemus) interrogationibus respondeam. Si ergo querant, quid nam faciant, vt saluentur, & status ille eis sit innoxius.

Hic certe nullum aliud remedium dare, nihil suadere possum, quam hoc quod solum superesse videtur, Nempe, vt Episcopi (qui ipsi ad docendum non sunt apti) magno studio viros pios, spirituales, & in scripturis doctos conquirant, qui passim

perditionem ipsorum Euangelium libere & pure loco Episcopi
prædicent, quos & Episcopi persecutionibus (cum semper
mundus verbum dei oderit) obnoxios, quoad eius fieri pos-
terit, turgentur, defendant, & contra traditiones hominum ad asse-
rendam veritatem Euangelij vitam & sanguinem impendant,
quemadmodum Christus ipse & Paulus, tum docuerunt, tum
re ipsa etiam præstiterunt. Sic legimus sanctum Valerium Episc-
opum Hipponensem, sibi subrogasse tanquam concionatorem lo-
co suo Augustinum, antequam ille efficeretur Episcopus, eumque de-
fendisse. Id quod recepti moris erat in plerisque Orientis & Græ-
ciæ Regionibus ac Ecclesiis, ut Sacerdotes pro Episcopis in illorum
præsentia concionarentur. Ad hæc, ut talis Episcopus sollicitu-
dine & beneficentia conferenda in pauperes, imprimis compen-
sare id studeat, quod ministerio verbi diminutum est. Galatas. 1.
Quicumque Episcopus hæc non sola, neglectis omnibus cæteris,
ut maxima & vere Episcopalia, curat, is non est, ut credat se sal-
uandum, cum tyrannus sit merus & animarum carnifex.

At hic obiiciunt, Qui vero talis sollicitudo pauperum &
aula Principalis (quales ferme nunc habent Episcopi,) se compa-
tientur? Respondeo. Nos hic non loquimur, quomodo Princeps
sis aut fias, sed qui nam Episcopus bonus sis & salueris. Quis
enim iussit Episcopos sic strepitu superbire aulico: Christus palam
vetuit, ne sint tanquam Reges & Principes gentium, ubi apertis
verbis eos a Principibus mundi segregat & dicit, Reges gentium
dominantur earum, vos autem non sic. Hæc verba Princeps
Principum, Rex regum, dominus ille maiestatis, propter tua com-
menta, propter tuas excusatiunculas, quibus in conscientia frigi-
de & languide solaris te ipsum, non retiocabit, non abolebit, neque
patietur antiquari. Quin tu Episcopus & ducatur potius, quam
tuum opinos relinquis, si Episcopi officio satisfacere nequis,
Quid ob temporarium & vilissimum honorem, salutis tuæ ob-
liuisceris, imo certam iacturam anime tuæ sciens providensque factis,
ob fallacissimam huius vite voluptatem: quid (inquit) viuis videntibus
peris: vix non seruantur tandem, qui animo a fide cum carne sua &
Sarana assidue colluctantes in bono & pio genere vite agunt.
Quid igitur frustra speras te inter tot pericula, inter tot illecebras
seruatum iri? Quid prodest (inquit Christus ipse) homini, si totum
mundum, omnia regna possideat, & animæ suæ iacturam faciat.

At unde Reges, Principes, Comites, Barones, Equites,
breuiter, Nobilitas illa Germanica, liberis suis prouiderent,
H. n.

nisi Episcopatus, nisi Ecclesiae illae Cathedrales & Collegiatae
essent? Atque ibi primum palam videre licet, insignem stuporem
& cecitatem Germaniae, quae haecenus a Romanistis sacerdotia
& prebendis a se fundatas, liberorum sanguine emit. En te hic
appello, quicumque sic liberos tuos prudens sciensque perdis. Si co-
lonus aliquis aut faber filium tuum vulneraret aut occideret, fi-
liam aut sororem tuam constupraret, praesentis infania & indignatio-
ne esses omnia extrema tentaturus, & totas vrbes subruere & euer-
tere, totas prouincias in vltionem deuastare tibi parum videres-
tur, usque adeo videreris tibi indigna passus. At quae te, hic aper-
ri oculos mentis & respice, num liberorum tuorum atrocior ho-
micida, seuior & crudelior hostis esse possit, quam tute sis ad E-
piscopatum euehens, aut in Ecclesiam talem (vt vocant) eos detrudens,
facis enim filium tuum Episcopum, quem statum (vt nunc
est) a ministerio ubi & omni pietate alienissimum, certo nosti esse
Satanicum, in quo haudquaquam filius tuus poterit saluari. Hoc
cum non ignores, dic quae te, num atrocius in eum seuias & cru-
delius agas, quam si in frustra concisum, canibus eius carnes des-
rorandas proijceres?

Si per errorem in tale quoddam vitae genus impegisset
filius tuus, summo studio & totis viribus adniti debebas (si modo
quid bonae mentis in te aut Christiani pectoris erat) vt erueretur,
etiam si vnus dumtaxat panis secum tibi dispertiendus ac di-
uidendus esset. Hic vero quae te, intueri paulo propius te-
ipsum, quicumque liberos tuos in haec vitae genera praecipitas, quas
lis parens sis, solum vt ditionem tuam opesque inconuulsas cus-
todias, solum ne tuum aurum in multos heredes diuisum minuatur,
tum detrudis tuos & sponte praecipitas in barathrum inferni,
neque quicquam te afficit sanguinem tuum faucibus Satanae ab-
sorptum perpetuo perire, modo tu de tuo luxu, de tuo splendore
nihil remittere cogaris. Ecce haec opinio perditissima, hic mos
inoleuit passim per totam Germaniam, & quoties talis Princeps
& comes (ad quiduis citius quam ad Episcopatum aptus) in E-
piscopum eligitur, aut in templum introducitur, tum solenni
pompa instructa, clamores sunt & applausus triumphales, tum
tubarum clangore, tum lituis, tum tympanis tota atria perstrepunt,
tum cereis & cedris collucet omnia, tum solennis illa cantio. Te
deum laudamus intonat, vt plane hi triumphus imaginem nobis
referant stultorum illorum Regum Israel, qui filios suos & filias
Idolo Moloch cremabant in holocaustum, & tubarum promiss-

cuis clangorib⁹ efficiebant, ne eiulatus & ploratus in medijs ignibus clamantium audiretur.

Eundem in modum tractant hi præclari parentes filias & nepres, quarum aliquas alliciunt, aliquas inuitissimas detrudunt in monasteriorum carceres, nulla alia causa, nisi vt opes, possessiones & dignitas illa stemmatum conseruetur, pudet eos elocare nuptum inferioribus. Quamquam hoc ipsum studium conseruandarum opum solum, cędat eis in summum facultatum detrimentum, Nam deus vlciscitur & punit hanc incredulitatem, vt nihilo secius Principatum & Ducatum opes collabantur, & omnia ceu fatali exitio retro cędant. Quod haud dubie non fieret, nisi hanc iram dei, tam crudelibus hostijs & sacrificijs Moloch filiorum & filiarum parentes impij essent cõmeriti. Sanguis enim iustus tam crudeliter ob vilissimas opes effusus, clamitat in cœlum fortiter tanq̃ sanguis iusti Abel, quem clamorem q̃ attenda aure audiat dominus, in Abele satis ostendit.

Nunc vt crassiori exemplo rem explicemus. Monialis seu virgines sacrae nostro sæculo, vt plerumq; sunt puellę integrę & florentis etatis, sanę, succulente, in hoc a Deo create, vt nubāt & liberos gignāt. Neq; possibile est, eas sic perpetuo saltem sponte continere, Nam perpetua continentia sublime & spiritualissimum donum dei est, quod paucis contingit. Ad hæc deus cum primum crearet hominē, masculum & feminam creauit eos, hanc suam generalem legem & viuum verbū, non vult sic vulgo in tam multis tolli, aut semper dono imo miraculo continentię abrogari. Sed perpetua continentia res est rarissima coram deo. Si nunc filia aut cõsanguinea tibi esset, quę per errorem in hoc vitæ institutum, ceu in nassam illecta esset, oportuit citius te (si modo bonus esses) vitæ & omnium facultatum iacturam facere, quam animam hanc in faucibus Satanę deserere.

Ceterum, tu ne opibus tuis, ne ditioni, ne titulis, ne dignitati quicquam decedat, detruas liberos tuos iuapte manu in baratrum inferni, inuitos & repugnantes. Quid tum sequitur? Ausculta, expediero breuissimis, Equidem auricularem illā confessionem monialium non audiui, sed tamē ex scripturis & verbis spiritus dei, quę affectus cordium vndiq; tãgunt & altissime rimantur, facile conñtiam, & acu tangam, quorsum castitas hæc euadat, & sat scio, non tantillum me, faller mea hæc diuinatio. Primum, puella in qua non est sublime hoc donum continen-

H. iij

tię, nihilo facilius carere potest marito aut viro, quam cibo aut potu, somno, & alijs naturę operibus. Contra, & adolescentes aut viri non possunt carere vxore, Eque cũ alte insitum & ceu cognatum est naturę, propagare genus suum, atq; cōmedere & bibere. Proinde & deus corpori, membra, venas, & fluxus, & omnia q̄ ad id operis attinent, addidit. Qui nunc hos fluxus, hos naturę meatus, suis proprijs viribus vult cōercere, contra ingenium & vim naturę, quid aliud ille agit, quam si quis efficere conetur, ne ignis vrat aqua madefaciat, homo nec cibum capiat neq; porum.

Ex illo nunc infero, omnes eiusmodi moniales, quorquor sunt, siue nobilium, siue ignobilium filias, castitatem non spōte sua seruare, sed inuitissimas maritis carere. Si nunc inuitę continent & nolentes, haud dubie vtramq; vitam perdunt, tum hęc tum æternam, nam vtrinq; infernus eas manet, hic æstus intolerabilis carnis, isthic ignis æternus. Ecce eo infelicitatis extremę, eo deploratissimę sortis tute perducis tuos, & solum, vt tu regnes, opes tuas ditionemq; conserues. Hic est preclarus ille fructus coacti cælibatus, & quorundam crudelium Principum & magistratum, qui tanta insania monasteria, & hos immanes carceres defendere, tanquam rem sanctam conantur, & naturam coercere, quę coerceri nequit. Facile est alijs persuadere, alios cogere ad castitatem, si tu vxorem habeas. & contra naturę æstus & flammam tibi consulere possis. At miserima illa turba, per hęc coactum cælibatum, interim in medijs carnis ignibus tanquam inferno quodam perit.

Nam vbi castitas ex peculiari dono de non est spōtanea, ibi natura quantumuis nostris viribus cohibeatur, pergat facere opus suum, & talis manet qualem deus eam creauit. Quoties igitur ibi concupiscentia inualuit, venę & vibrę iuxta naturam suam incumescunt, sanguis & medullę æstuant, tum sequuntur fluxus illi carnis scedi & peccata, quę Paulus molliciem vocat, quę vulgo etiam Sodomitica vocantur. Et vt hic (sic poscente necessitate) de verecundia verborum non nihil remittam, si non fluit ibi semen in carnem, fluit in vestes. Harum abominationum tum pudet miserimos homines, mox consequitur, vt non modo te parentem, sed & deum execrentur, cōditionem suam damnant, extremęq; oderint, omnes detestentur, qui hanc rem cōsulerunt. Ecce hoc erat diaboli consilium, hoc agebat, cum de-

ceret te sub specie sanctitatis coercere naturam, quæ sine sublimi
& rarissimo hoc dono dei coerceri nequit.

Quod ergo hic remedium adhibebimus, quandoquidem
commode fieri nequit, ut Principatus & Ducatus diuidantur?
Respondeo, Quin Principes & Comites nostri sequuntur more
populi Israel, ubi solum vnus ex familia Rex manebat, atq; is
ceteris fratribus suis aliquid ex bonis segregans, redigebat eos in
ordinem, ut essent plebenj & pritari ciues, Quæ tãdem tanta ne-
cessitas est, ut omnes Reges & Principes maneant (modo anima-
rum pericula pendere velimus) qui ex Principibus nati sunt?
Quid absurdi esset, si Princeps duceret filiam ciuis & contentus
esset mediocri conditione ciuili? Contra, puella nobilis nuberet
ciui. Nam alias sæculorum successu tamen eo excrescet numerus
nobilium, ut non semper res laturæ sint, nobiles cum æque no-
bilibus compulari, Quamq; coram mundo disparis conditio-
nis simus, tamen coram deo ex æquo filij Adam sumus creatu-
ræ dei.

Quando ergo liberi tui sic in carceres detrusi, libenter qui-
busuis mediocribus (quoscunq; tandem honestos deus offerret)
nuberent, solū ut ex tantis angustijs & erumnis liberari possent,
& in statum Christianum & pium restitui, quin ante saluti eos-
rum consulis, antequam in has calamitates (in q̄) detrudantur?
Quin maritos ac vxores eis coniungis, quos deus offert, qui tū
haberi possint, siue nobiles siue ignobiles, modo honestos? O
deus bone, q̄ præ insana illa bonorū fame, nihil afficit nos per-
ditio illa tot animarum, & q̄ sumus in auaritia submersi atq; ses-
pulti? Sic etiam, ut ad rem redeam, infinitis modis præstare di-
co, Episcopat⁹ & quamuis celsitudinem aut magistratum relin-
quere & mediocre ciuem aut rusticum esse, quam sub specie
sanctitatis Episcopi munus negligere, aut non saltem, ut per ali-
os curetur, diligentem operam dare. Nam ibi non est medium,
neq; est ut excusationem queras. Verbum dei manet in æternū.
Non solum Episcopatus, sed & cœlum & terra transibunt. Ver-
bum dei non transibit. Hoc habe ut oraculum, hoc habe quasi
deus tibi ore ad os dixerit, persuasissimum,

Si nunc Papa aut sui Papistæ (quemadmodum iam facit)
ferre noluerit, ut Euangelium pure, & ut Petrus in Actis ait,
EN T' & γρηγορά predices, tum eo iustiore causam habes Epis-
copatum deserendi. Oportet deo plus obedire quã hominib.

Nec est, ut putes te Episcopi munere egregie functum, aut excusatum esse, si nunc antequam Bibliam & scripturas serio ipse perlegeris & didiceris, incipias passim per tuas vrbes obambulare & per interpretem teipso etiam longe in doctiorem, non quidem Euangelia, sed humana cōmenta & perseverantiam in traditionibus hominum & consuetudine veteri concionari, quē admodum proxime quidam Episcopus fecit.

Vbi homines infelices Euangelio suppresso docuerunt humana, & nunc solo fūco & splendore Episcopalis nominis (quasi falsa docere non possit, scz, tantus Princeps) Nūc (inquā) personis, quas deus non accipit, conantur perstringere oculos hominum, & sola autoritate volunt perumpere. Et sapientissimi quidem, si hęc via ad faciendā tanta damna conscientiarū, tam certa esset & vera, quam est facilis & insigniter cōpēdiaria. Quid vero nūc sero per eiusmodi magnifica promissa simplicitate abutuntur vulgi? quid pollicitationib. vanissimis nos lactant? animas (inquunt) nostras pignori obligare apud deum nō recusabimus, quod nostra doctrina vera sit. Quin, si volunt Euangelizare & verbum predicare serio, ad officium Episcopi rite se preparant? quin conducto p̄ceptore cordato & pio Bibliam arripiunt, & primum ipsi discunt, ut deinde possint docere alios? Equidem tali Episcopo animę suę oppignorationem, sic magnificis verbis promittenti, responderem, ut animam suam alijs creditorib. bene credulis hypothecaret, hic malle me incumbere manifesto verbo dei, quam pignori etiam, animę, tanti Principis. Nam quid si Satanas pignus, quātumuis magnificum, auferret? unde mihi cōsuleretur? Apagesis igitur mihi cū tuo pignore & incerta hypotheca. Nolim enim ego talem mihi Episcopum, qui suam animam fundamentum salutis meę ponat, cui nescio in alio seculo, quid accideret aut futurum sit. Sed eiusmodi volo mihi Episcopum, qui purum Euāgelium mihi prædicet, & Christum mihi fundamentum salutis ponat. Hic enim certus sum cui credam.

Hic vero non loquor de Papisticis Episcopis, quid n̄ faciendum sit. Nam hi aures suas obturant, neq; patiuntur se doceri. Sed si forsan aliqui adhuc inter eos sint, qui resipuerint & p̄j & Christiani Episcopi esse, suamq; ac populi salutem operari cupiant. Horum vnicum & præcipuum officium est, præ quo omnia cetera nihil attinent ad Episcopum, sollicitudinem gerere pro Ecclesijs & congregatione, Horum munus est gerere curam
pauperum,

pauperum passim obambulare & dare operam diligentem, ut
 prædicent aut certe prædicari curent, non quidem traditiones
 hominum, sed syncerum Euangelium & vbum dei, de vmbriis
 autem illis & statuis mutis, quibus luxus & pompa bona pars
 vitæ est, quorum deus venter est, qui terrestria curant supra sa-
 tis copiosè & libere (ni fallor) disertum est. Equidem nunc, pa-
 lam prædicaui & annunciaui eis, ut cõuertantur a via sua impia.
 Quid possum amplius præcor autem, ut dominus cursum ver-
 bi sui promoueat & mittat rursus in messem suam operarios fide-
 les. Homicidas vero de quibus Lucæ. 20. qui seruos eius oc-
 ciderunt & filium dilectum extra vineam proturbare & eicere
 non cessant, perdat, deuaslet, ciuitatesq; eorum euerat. Amen.

ERRATA INTER EXCV- DENDVM.

Primus numerus paginas. Secundus
 lineas designat.

1.	27.	Lege, pro despondere	16.	4.	quos
		impendere.	16.	7.	dederent
3.	1.	Causæ meæ iustitia.	16.	18.	equorum
7.	25.	Et.	16.	27.	consciscat
7.	36.	In interitu vestro.	16.	31.	Sacrorum
8.	18.	Et.	15.	38.	vsu
8.	32.	Quæ	18.	6.	Alere
9.	15.	Loquar	18.	34.	quæ
9.	20.	Rustici	19.	34.	caste
9.	22.	Inimitabiles	20.	28.	percitum
10.	2.	&	20.	35.	subant
11.	3.	manus	20.	40.	dele &
11.	9.	quod	21.	6.	ijs
11.	10.	Suspitari	22.	8.	mera
14.	5.	ullo	22.	24.	scelus
14.	17.	Ocalluerunt	22.	32.	obstringunt
14.	20.	monachatum	23.	39.	illo
14.	24.	hæc conferant	24.	22.	cinctorium
15.	25.	vehuntur	24.	27.	stramentitio
15.	36.	voluptatibus			I

25. 10.	perplexos seducant	37. 34.	Vuolfer
25. 13.	scilicet	38. 2.	illi
25. 34.	enim	38. 3.	duplicibus
26. 7.	ad rauim	38. 34.	fer
26. 23.	præ se ferat	38. 36.	Cap. 1. 18.
29. 36.	hos	39. 12.	humanos
30. 3.	contigit	39. 28.	prædictum
30. 10.	dele q̄	40. 19.	Num
30. 15.	licet	41. 2.	est
30. 29.	titulo	41. 30.	haberi
30. 34.	exercens	42. 4.	curam
30. 35.	docent	42. 9.	quod
30. 41.	insanijt	42. 20.	subditos
32. 9.	sunt	42. 31.	enim
33. 2.	afferre	44. 36.	incipiatis respondere
33. 4.	dominus	44. 38.	incipietis
33. 12.	confictum	45. 2.	Nam
33. 26.	vsq̄	45. 8.	assumant
34. 20.	solum	45. 39.	nundinationibus
34. 21.	paciantur	46. 13.	consequutura
34. 31.	damnat	47. 13.	vocatum
34. 36.	vel	51. 37.	conaremini
35. 1.	quid	25. 21.	applausu
37. 13.	dele &	59. 15.	alienissimus
37. 30.	vestro ordini	59. 37.	laudamus

F E N I S.



№ 3785

(x2240052)

~~_____~~
Rosa
9/0.







Henricus Rubelmuus Butlerer
a x 6 x 5 x 2

ADVERSUS FALSO
NOMINATVM ORDI-
NEM EPISCOPO-

RVM.
a x 6 x 5 x 2

D. MARTINVS LVTHER.

a x 6 x 5 x 2

VVITTEMBERGAE.

ANNO M. D.

XX III.

a x 6 x 5 x 2

